Cumque operuisset superficiem terre apparuit
in solitudine minutum & quasi pilo
tundi in mortariis quod antea non viderant
Dixerunt ad se invicem filii israel manhu
quod significat quid est hoc. Ignorabant enim
quid esset. Quibus ait moyses. Iste panis quem
dedit dominus vobis ad vescendum. Hic est sermo quem
precepit dominus. Colligat ex eo unusquisque
quantum sufficit ad vescendum gomor per
capita. Iuxta numerum animarum vestrarum
quas habitatores tabernacule sic tollent
Fecerunt ergo filii israel & collegerunt alius plus
alius minus. Et mensi sunt gomor
& qui plus collegerat habuit
nec qui minus quicquam
inde reppererat invenit singuli quantum
sufficere poterat ad vescendum. Dixitque
moyses ad illos. Nullus relinquat ex eo
mane. Qui non audierunt eum & reservarunt
quidam. Exortus est mane & computruit
cepitque scatere vermibus & fetere
irascens contra eos moyses. Colligebant autem mane singuli quan
tum sufficere poterat ad vescendum. Cumque
sol ardore fervere cepisset liquefiebat. Die autem sexto
collegerunt cibos duplices. i. duo gomor per
singulos homines. Venerunt autem principes
multitudinis & nuntiaverunt moysi. Qui
ait. Hoc est quod locutus est dominus. Requies
sabbati sanctificata est domino cras quod
cum coquere volueritis coquite & quod
coquendum est decernite. Reliquum

requiescite sanctificate hodie & ecce
parate moyses sermo quem precepit
mihi dominus. Servate usque in mane. Feceruntque
ut preceperat moyses & non computruit
nec vermis inventus est in eo. Dixitque moyses. Comedite
illud hodie quia sabbatum est domino
hodie minime reperietis. Sex diebus colligetis
sed die septimo sabbatum est
in quo non invenietur. Dixit ad eum septi
ma dies. Egressi sunt populi ut colligerent
& non invenerunt. Dixitque dominus ad
moysen. Usquequo non vultis custodire mandata mea
& legem meam. Videte quod dominus dederit vobis sab
batum & propter hoc tribuat vobis die sexto cibos
duplices. Quamobrem unusquisque apud se
maneat nullus egrediatur loco suo die septimo. Et sab
batizavit populus die septimo. Appellavitque domus israel
nomen eius man. Erat quasi semen coriandri
album. Gustus eius quasi similae cum melle
Dixitque moyses. Hoc est quod precepit
dominus. Impleatur gomor ex eo custodiatur in
futuras generationes. Ut noverint panem
quo alimenti sustentavi vos in deserto quando
eduxi vos de terra egypti. Dixitque moyses ad aaron
Sume vas unum & mitte ibi man quantum
potest capere & repone coram domino
servandum in generationes vestras. Sicut
preceptum est mihi. Posuitque illud aaron in tabernaculo
testimonii custodiendum. Filii autem israel comederunt
man quadraginta annis donec venirent
in terram habitabilem. Hoc cibo usi sunt
usque quo tangerent fines terre chanaan. Gomor
autem decima pars est ephi.

Omnis autem turba filiorum israel de deserto
Sin profecta iuxta mansiones suas ex
precepto domini & castrametati sunt in
Raphidim. Cumque aqua deesset populo
ibique rixarentur contra moysen & dicerent
Da nobis aquam ut bibamus. Respondit moyses. Quid
contenditis mecum cur temptatis dominum.
Sitivit ergo populus ibi aque penuria murmu
ravitque contra moysen & dixit. Cur hoc fecisti ut
educeres nos de egypto & interficeres filios nostros
ac greges in siti nostra. Clamavit autem moyses ad dominum
dicens. Quid faciam populo huic. Adhuc paulu[m] illum
& lapidabit me. Dixitque dominus ad eum.
Transi coram populo & tolle tecum de senioribus israel
virgam qua percussisti flumen & vade
Ego stabo ibi coram te super petram
horeb percute petram & exibit ex ea aqua ut
bibat populus. Fecit moyses ita coram senio
ribus israel. Et vocavit nomen loci illius
tentatio propter
iurgium filiorum israel & quia temptaverunt
dominum dicentes. Est ne dominus
nobiscum.

Venit autem amalec & pugnavit contra
israel in raphidim. Dixitque moyses ad iosue
Elige nobis viros & egredere pugna contra amalec. Cras ego
stabo in vertice collis habens virgam dei in

XVIII

XLI


ra eius et ad hec eius. Cumq; recitasset
omnes sermones populi ad verba tonitrua
rum. Et sonum tube audiret et montem fumi
gantem uidisset populus loquentem ad Moy
sen aiunt ei. Loquere tu nobis sermones tuos
et audiemus. Non loquatur nobis dominus
ne forte moriamur. Et ait Moyses ad populum.
Nolite timere. Ad hoc enim uenit deus ut
probaret uos et terror eius esset in uobis
et non peccaretis. Stetit ergo populus de
longe. Moyses autem accessit ad caliginem
in qua erat deus. Dixitq; dominus ad Moy
sen. Hec dices filiis israel. Vos uidistis quod
de celo locutus sim uobis. Non facietis deos
argenteos nec deos aureos. nec. Altare de
terreum facietis mihi et offeretis super illud holocausta et pacifica
quæ uestra sunt oues et boues in omni loco in quo
memoria fuerit nominis mei ueniam ad te
et benedicam tibi. Quod si altare lapideum
feceris non ædificabis illud de sectis
lapidibus. Si enim leuaueris cultrum tuum su
per illum polluetur. Non ascendes per gradus ad
altare meum ne reueletur ignominia tua.

Ecclesiastici xxxi

Beatus uir qui inuentus est sine macula
et qui post aurum non abiit nec speravit
in pecunia et thesauris. Quis est hic et laudabimus
eum fecit enim mirabilia in uita sua. Qui probatus
est per illud et perfectus inuentus est erit illi gloria
æterna. Qui potuit transgredi et non est transgressus
facere mala et non fecit ideo firmata sunt bona illius in domino
et eleemosynas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum. Sedisti
in conuiuio magnorum ne sis auidus super illa et ne dixeris
multi sunt qui benedicunt in panibus illius. Memento quia malus
est oculus. Quid creatum est malo hoc lacrimas dedit. Super omnem
escam ne extendas manum tuam et in omni dato ne auideas. Parum
et multum in te benedicetur. Non te delectet conuiuium
fenoris et ne uelis esse de conuiuis eius. Ne in fenore et
in uadimonio tuo sit anima tua. Ne iudices super uinum
cum sis potator. Non enim dormiet ira regis. Non
delectet te uinum ne forte obliuiscaris iudicii. Primo autem egredietur tibi

XXIII

XXIIII



XLVI

XLVII

XLVIII

XXX

exodv

illud ingenuos nobis sint spectatum. Et autem
sempiternum. Sed vim vicis fecerit celestium
sermonis septimo abomni opere cessa
tur.

Locutusq; dominus mosi oplenis
humilibus modi. Ipse ut sermonibus
hominis syndyonal tabulas testimonii
lapideas scriptas digito dei. Et ut scias
tem populus quorum facere descenden
di montem moyses congregatus adversus aa
ronem. Surge fac nobis deos qui nos precedant
Moyses enim hunc virum qui nos eduxit
terra egypti nescimus quid acciderit. Auferte qua
aures. Tollite mihi et afferte ad me
filiorum quibus mihi ne auribus circumcidite
ame fecerq; populus. Illi dixerunt
mihi et abierunt. Quas cum ille accepis
set formavit opere fusorio et fecit eas vitu
lum conflatilem. Dixerunt q; hi sunt dii
tui israel qui te eduxerunt de terra egypti. Id
cum vidisset. Aaron edificavit altare co
ram eo et proclamavit dicens
Crastollemnitas est domini. Surgen
tesq; mane obtulerunt holocausta
hostias pacificas. Sedit populus manducare
et bibere et surrexerunt ludere

Locutusq; autem dominus ad moysen di
cens. Vade descende. Peccavit populus tuus q;
eduxisti de terra egypti. Recesserunt cito de
via quam ostendisti eis. Fecerunt sibi
ipsis vitulum conflatilem et adorave
runt eum. Immolaverunt victimas et dixerunt
hi sunt dii tui israel qui te eduxerunt de terra
egypti. Rursum ait dominus ad moysen
Cerno q; populus iste durae cervicis sit. Dimit
te me ut irascatur furor meus contra eos
et deleam eos faciamq;
te in gentem magnam. Precatus est autem
orabat dominum deum suum. Et ait
Quare domine irascitur furor tuus contra
populum tuum quem eduxisti de terra
egypti in fortitudine magna et manu
robusta. Ne quaeso dicant
egyptii in malo eduxit eos ut interficeret
montibus et deleret eos
quiescat ira tua et esto placabilis super
nequitia populi tui. Recordare abra
hae isaac et israel servorum tuorum quibus
iurasti per temetipsum dicens. Multiplica
bo semen vestrum sicut stellas celi et cunctam
hanc terram quam locutus sum dabo
semini vestro et possidebitis eam semper
Placatus est dominus ne faceret ma
lum quod locutus fuerat adversus popu
lum suum. Reversus est moyses descen
dit de monte duas tabulas lapideas testi
monii in manibus scriptas ex utraq; par
te

te scriptum quoq; de
bant scalptum erat. Tabule autem opus
erant dei et scriptura dei. Audiens autem
iosue tumultum populi iubilantis dixit ad
moysen. Ululatus pugnae audi
tur in castris. Cui respondit. Non est clamor
adhortantium ad pugnam neq; vocifera
tio expellentium ad fugam sed vocem can
tantium ego audio. Cumq; appropin
quasset moyses castris vidit vitulum et
choros. Iratusq; furore animi precipitavit
tabulas de manibus suis et confregit eas
monti subter qui ortus est populum qui
fecerat vitulum. Quem
cremavit igni et contrivit usq; ad pulverem. Quem
sparsit in aq[uam] et potum dedit filiis
israel. Dixitq; ad aaron. Quid tibi fecit
populus iste ut induceres super eum peccatum
maximum. Cui ille respondit. Ne
irascatur furor domini mei tu
enim nosti populum istum q; pronus sit ad
malum. Dixerunt mihi fac nobis deos qui
precedant nos. Hunc enim moysi qui nos
eduxit de terra egypti. Nescimus quid ac
ciderit. Cumq; ego dixi quis aurum hab
et aurum tulerunt a me et dederunt mihi atque
ita illud in ignem ego projeci. Hic egressus
vitulus. Ergo moyses populum. Videns
quod esset nudatus quia nudaverat eum aaron ppter
ignominiam sibi et cunctis hostes suos minus
tantem. Stetit in porta castrorum et ait
Si quis est dominus iungatur mihi. Con
gregati sunt ad eum omnes filii leui
quibus ait hec dicit dominus deus israel. Ponat
vir gladium super femur suum. Ite et redi
te de porta usq; ad portam per medium cas
trorum occidat unus quisq; fratrem am
icum et proximum suum fecerunt q; filii
leui juxta sermonem moysi. Cecidit
que illo die quasi viginti tria milia hoi
um dixit moyses. Consecrastis manus
vestras hodie domino unusquisq; in filio et fra
tre ut detur vobis benedictio. Factum autem die sequenti
locutus est moyses ad populum. Peccastis pec
catum maximum. Ascendam ad dominum si quo
modo cum quibus deprecer propitietur de
licto vestro. Reversus ad dominum ait obsecro
vnde peccavit populus iste peccatum magnum
fecerunt sibi deos aureos
aut dimitte hanc noxam aut si non facis
dele me de libro tuo quem scripsisti. Cui respon
dit dominus. Qui peccaverit mihi de
lebo eum de libro meo. Tu autem vade et duc
populum istum quo locutus sum tibi an
gelus meus precedet te ego autem in die ultionis
visitabo hoc peccatum eorum. Percussit
ergo dominus populum pro vitulo quem

XXXII

Incipit aqua.

Cumque egressus esset Moyses in occursum socero suo, adorauitque et osculatus est eum, salutauerunt se mutuis precibus, et ingressi sunt tabernaculum. Narrauit autem Moyses cognato suo omnia quæ fecerat Dominus Pharaoni et Ægyptiis propter Israel, universum laborem qui accidisset eis in via, et quod liberasset eos Dominus. Lætatus est autem Iethro in omnibus bonis quæ præstitit Dominus Israel, quod liberasset eum de manu Ægyptiorum, et benedixit Domino dicens: Benedictus Dominus qui liberauit vos de manu Pharaonis et de manu Ægyptiorum, qui liberauit populum suum de manu Ægypti. Nunc cognoui quia magnus Dominus super omnes deos, eo quod superbe egerint contra eos. Et obtulit holocausta et victimas Deo. Venerunt autem Aaron et cuncti seniores Israel, ut comederent panem cum socero Moysi coram Deo. Cumque sedisset Moyses ut iudicaret populum, stetit populus coram eo a mane usque ad uesperam. Quod cum uidisset socer eius, omnia scilicet quæ agebat in populo, ait: Quid est hoc quod facis in plebe? cur solus sedes, et omnis populus præstolatur a mane usque ad uesperam? Cui respondit Moyses: Venit ad me populus requirens sententiam Dei. Cumque ortum fuerit aliquod negotium, protinus ad me uenit, ut iudicem inter unumquemque et proximum, et ostendam præcepta Dei et leges eius. Dixit ad eum socer: Non bona ratione tractas rem. Stulto labore consumeris tu et populus iste qui tecum est. Ultra uires tuas negotium ingressus es, quod sustinere solus non ualebis. Audi ergo uocem meam, et consulam te, et erit Deus tecum. Esto tu populo in his quæ ad Deum pertinent, ut referas uerba eius et ostendas eis uiam in qua ambulare debeant, et opus quod operari debeant. Provide autem de omni plebe uiros potentes et timentes Deum, in quibus sit æquitas et qui oderint auaritiam, et constitue ex eis tribunos et centuriones et quinquagenarios et decanos, qui iudicent populum omni tempore. Quidquid autem maius fuerit referant ad te, et ipsi tantummodo minora iudicent. Leuius erit tibi, portantibus tecum onera. Si hoc feceris, et præceperit tibi Deus, poteris sustinere, et omnis populus iste reuertetur ad locum suum cum pace. Audiuit Moyses socer sui uocem, et fecit omnia quæ dixerat. Et electis uiris fortibus de cuncto Israel, constituit eos principes populi, tribunos et centuriones et quinquagenarios et decanos, qui iudicarent populum omni tempore. Quidquid grauius erat referebant ad eum, et ipsi tantummodo minora iudicabant. Dimisit autem socerum suum, et abiit ille in terram suam.


In mense tertio egressionis filiorum Israel de terra Ægypti, eo die uenerunt in solitudinem Sinai. Profecti de Raphidim et ingressi desertum Sinai, castrametati sunt in eodem loco. Et ascendit Moyses ad montem Dei. Vocauitque eum Dominus de monte dicens: Hæc dices domui Iacob et annuntiabis filiis Israel: Vos uidistis quæ fecerim Ægyptiis, et quomodo portauerim uos super alas aquilarum, et assumpserim mihi. Nunc ergo si audieritis uocem meam et custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis. Mea est enim omnis terra. Vos autem eritis mihi regnum sacerdotale et gens sancta. Hæc sunt uerba quæ loqueris filiis Israel. Venit Moyses, et conuocauit maiores natu populi, et exposuit omnia mandata quæ præceperat ei Dominus. Respondens autem uniuersus populus simul, dixerunt: Omnia quæ locutus est Dominus faciemus. Cumque retulisset Moyses uerba populi ad Dominum, ait ei Dominus: Ecce ego uenio in caligine nubis, ut audiat populus loquentem me tecum, et credat tibi in perpetuum. Nuntiauit ergo Moyses uerba populi Domino. Qui dixit ei: Vade ad populum, et sanctifica eos hodie et cras, lauentque uestimenta sua, et sint parati in diem tertium. In die enim tertio descendet Dominus coram omni multitudine super montem Sinai. Constituesque terminos populo per gyrum, et dices: Cauete ne ascendatis in montem, nec tangatis fines eius. Omnis qui tetigerit montem morte morietur. Non tanget eum manus, sed lapidibus obruetur aut figetur sagittis. Siue iumentum fuerit siue homo, non uiuet. Cum cœperit clangere bucina, tunc ascendent in montem. Descendens autem Moyses de monte ad populum, sanctificauit eos, et lauerunt uestimenta sua. Dixitque ad eos: Estote parati in diem tertium, et ne accedat uir ad uxorem suam. Factum est autem die tertio, mane, et cœperunt audiri tonitrua et micare fulgura, densumque nubes operire montem, clangorque bucinæ personare uehementius, et pauere omnis populus qui erat in castris. Quos cum eduxisset Moyses in occursum Dei de loco castrorum, steterunt ex parte infima montis. Mons autem Sinai fumabat uniuersus eo quod descendisset Dominus super eum in igne, et ascenderet fumus quasi fornacis, et terrebatur omnis populus nimis. Sonitus autem tubæ paulatim crescebat in maius, et Moyses loquebatur, et Deus respondebat ei. Descenditque Dominus super montem Sinai in cacumen montis, et uocauit Moysen in summitatem montis. Qui ascendit ad eum, et dixit ei: Descende, et contestare populum ne forte uelit transcendere terminos ad uidendum Dominum, et pereat ex eis plurima multitudo. Sacerdotes quoque qui accedunt ad Dominum sanctificentur, ne percutiat eos. Dixitque Moyses ad Dominum: Non potest populus ascendere ad montem Sinai, tu enim contestatus es nos, dicens: Pone terminos montis, et sanctifica eum. Cui dixit Dominus: Vade, descende, et ascendes tu et Aaron tecum; sacerdotes autem et populus ne transcendant terminos ut ascendat ad Dominum, ne forte interficiat eos. Descendit ergo Moyses ad populum suum, et dixit omnia.

Locutusque est Dominus omnia uerba hæc: Ego sum Dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Ægypti, de domo seruitutis. Non habebis deos alienos coram me. Non facies tibi sculptile neque omnem similitudinem quæ in cælo sursum est, et quæ in terra deorsum, nec eorum quæ in aquis sunt inferius. Non adorabis ea neque coles. Ego enim sum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, reddens iniquitatem patrum super filios in tertiam et quartam generationem eorum qui oderunt me, et faciens misericordiam in multa milia his qui diligunt me et custodiunt præcepta mea. Non assumes nomen Domini Dei tui in uanum. Nec enim habebit insontem Dominus eum qui super re uana iurauerit nomen eius. Memento ut diem sabbati sanctifices. Sex diebus operaberis et facies omnia opera tua, septimo autem die sabbatum Domini Dei tui est. Non facies omne opus in eo, tu et filius tuus et filia tua, seruus et ancilla tua, iumenta et peregrinus qui est intra portas tuas. Sex enim diebus fecit Dominus cælum et terram et mare et omnia quæ in eis sunt, et requieuit in die septimo. Propter quod benedixit Dominus diei sabbati et sanctificauit eum. Honora patrem tuum et matrem tuam, ut sis longæuus super terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi. Non occides. Non mœchaberis. Non furtum facies. Non falsum testimonium dices contra proximum tuum. Non concupisces uxorem proximi tui. Non desiderabis domum proximi tui, non agrum, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, non omnia quæ illius sunt.

Omnis autem populus uidebat uoces et lampades, et sonitum buccinæ montemque fumantem. Perterriti ac pauore concussi steterunt procul, et dixerunt Moysi: Loquere tu nobis, et audiemus; non loquatur nobis Dominus ne forte moriamur. Dixitque Moyses ad populum: Nolite timere. Non enim ad perditionem uestram uenit Deus, sed ut probet uos per hanc uirtutem, et terror eius sit in uobis, et non peccetis. Stetit ergo populus de longe. Moyses autem accessit ad caliginem in qua erat Deus. Dixitque Dominus ad Moysen: Hæc dices filiis Israel: Vos uidistis quod de cælo locutus sim uobis. Non facietis mihi deos argenteos nec deos aureos. Altare de terra facietis mihi, et immolabitis super eo pecora uestra et armenta, in omni loco in quo memoriam fecero nominis mei, ueniam ad te et benedicam tibi. Si altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud de quadris lapidibus, quia polluisti cælatura tua. Non ascendes per gradus ad altare meum, ne reuelentur turpitudines tuæ coram eo.

Hæc sunt iudicia quæ proponere debes coram eis. Si emeris seruum Hebræum, sex annis seruiet tibi; septimo egredietur liber gratis. Si cum uxore ingressus est, exibit uxor illius cum eo. Si dominus dederit uxorem, et genuerit ei filios uel filias, mulier et liberi erunt domini sui, ipse uero egredietur cum uestimento suo. Si dixerit seruus: Diligo dominum meum et uxorem et liberos, nolo egredi liber, offeret eum dominus ad ostium et ad postem, perforabitque aurem eius subulo, et seruiet ei in perpetuum. Si quis uendiderit filiam suam in famulatum, non egredietur sicut egredi solent serui. Si displicuerit oculis domini sui, quæ sponsa illi fuerat, faciet eam redimi; populo autem uendere non habet potestatem, spernens eam. Quod si filio suo desponsauerit eam, iure filiarum faciet illi. Si alteram uxorem filius duxerit, non minuet cibaria eius et uestimentum et debitum coniugale. Si tria hæc non fecerit, egredietur gratis absque ullo pretio. Qui percusserit hominem uolens occidere, morte morietur. Qui autem non est insidiatus, sed Deus illum tradidit in manus eius, constituam tibi locum ad quem fugere debeat homicida. Si quis per industriam et insidias occiderit proximum suum, ab altari meo auelles eum ut moriatur. Qui percusserit patrem suum aut matrem suam, morte morietur. Qui furatus fuerit hominem et uendiderit eum, uel inuentus fuerit in manu illius, morte morietur. Qui maledixerit patri suo aut matri suæ, morte morietur. Si rixati fuerint uiri, et percusserit unus proximum suum lapide aut pugno, et ille mortuus non fuerit, sed decubuerit in lectum; si surrexerit et ambulauerit foris super baculum suum, qui percussit innocens erit, ita tamen ut operas eius et impensas quæ fecit in cura sua restituat. Si percusserit homo seruum suum aut ancillam uirga, et mortui fuerint in manu eius, criminis reus erit. Si autem uno die aut duobus supra uixerit, non subiacebit supplicio, quia pecunia eius est. Si rixati fuerint uiri, et percusserint mulierem prægnantem, et abortiuum fecerit, sed ipsa uixerit, subiacebit quantæ dominus mulieris uoluerit, et arbitri dederint. Quod si mortua fuerit mulier, reddet animam pro anima. Oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, adustionem pro adustione, uulnus pro uulnere, liuorem pro liuore. Si percusserit homo oculum serui sui aut ancillæ suæ, et luscum fecerit, dimittet eos liberos pro oculo quem eruit. Si dentem excusserit seruo suo aut ancillæ, similiter faciet. Si bos uxorem uirum aut mulierem cornu petierit, et mortui fuerint, lapidibus obruetur, nec comedetur caro eius. Dominus autem bouis innocens erit. Quod si bos ante hesternum et nudiustertium cornupeta fuit, et contestatus est dominum suum, nec eum inclusit, sed ille occidit uirum aut mulierem, bos lapidibus obruetur, et dominus eius morietur. Si pro redemptione fuerit ei impositum pretium, dabit pro anima sua quidquid fuerit ei impositum. Sive filium cornupeta percusserit bos, sive filiam, secundum hanc legem iudicium fiet. Si seruum aut ancillam cornupeta percusserit bos, triginta siclos dabit dominus eius, bos lapidibus obruetur. Si aperuerit homo cisternam, et non operuerit eam, cecideritque bos uel asinus in eam, dominus cisternæ reddet pecuniam iumentorum, et quæ mortua fuerint illius erunt. Si bos alienus bouem alterius uulnerauerit, et mortuus fuerit, uendent bouem uiuum et diuident pretium eius, sed et mortuum inter se diuident. Quod si nouerat bos ante hesternum et nudiustertium cornupeta fuisse, et dominus eius non custodierit eum, reddet bouem pro bove, mortuus erit ipsius. Si furtum fecerit homo bouem aut ouem, et mactauerit uel uendiderit, quinque armenta pro uno bove restituet, et quattuor oues pro una ove. Si fur effringens domum fuerit inuentus, et percussus ab eo mortuus fuerit, non erit homicida. Si sol ortus fuerit super eum, fecit homicidium. Qui furtum fecerit, reddet quod abstulit. Si non habuerit unde reddat, uendetur pro furto suo. Si inuentum fuerit furtum apud eum, uiuens, sive bos sive asinus sive ouis, duplum restituet. Si quis uastauerit agrum aut uineam, et dimiserit pecus suum ut depascat alienum, quidquid optimum habuerit in agro suo aut in uinea sua, pro damni æstimatione restituet. Si egressus ignis inuenerit spinas, et combusserit fruges uel cumulos frugum aut ipsum agrum, reddet damnum qui accendit ignem. Si quis commendauerit proximo suo pecuniam aut uasa ad custodiendum, et furto ablata fuerint, si inuentus fuerit fur, duplum restituet. Si latro non fuerit inuentus, dominus domus applicabitur ad deos, et iurabit quod ipse non extenderit manum in substantiam proximi sui. Et in omni re quæ perire potest, siue bos sive asinus sive ouis sive uestimentum, siue quidquid omnino quod amitti solet, cum dixerit ille apud quem inuenta sunt: Meum est, utriusque causa ueniet ad iudicem, et quem iudex damnauerit, duplum restituet proximo suo. Si quis commendauerit proximo suo asinum aut bouem aut ouem aut omne animal, et mortuum fuerit aut membrum debilitatum, aut abductum ab hostibus, nullus testis fuerit, iusiurandum erit inter eos quod non extenderit manum ad substantiam proximi sui, et dominus eius recipiet, nec ille reddet. Quod si furto ablatum fuerit, reddet damnum domino eius. Si comestum a bestia fuerit, deferet ad eum quod comederit bestia, et non restituet. Si quis cum uirgine quæ nondum habet uirum dormierit, dotabit eam et habebit uxorem. Si pater uirginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis quæ solet dari uirginibus. Maleficos non patieris uiuere. Omnis qui concubuerit cum iumento morte morietur. Qui immolat diis occidetur, præter Domino soli. Aduenam non contristabis nec affliges eum, peregrini enim et uos fuistis in terra Ægypti. Omnem uiduam et pupillum non nocebitis eis. Si nocendo læseritis eos, et illi clamauerint ad me, audiens audiam clamorem eorum, et irascetur furor meus, percutiamque uos gladio, et erunt uxores uestræ uiduæ, et filii uestri pupilli. Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi qui habitat tecum, non urgebis eum quasi exactor, nec usuras exiges ab eo. Si pignus tulerit a proximo suo tunicam, ante occasum solis reddes ei. Vestimentum enim est solum quo operitur, in quo dormiat. Si clamauerit ad me, exaudiam eum, misericors enim sum. Diis non detrahes, nec principi populi tui maledicere. Primitias frugum tuarum et uinearum tuarum non tardabis reddere. Primogenitum filiorum tuorum mihi dabis. Sic facies de bobus tuis et ouibus. Septem diebus sit cum matre sua, die octauo reddes mihi. Viri sancti eritis mihi. Carnem quæ a bestia fuerit capta non comedetis, sed proicietis canibus. Non suscipies uocem mendacii. Ne iunge manum tuam ut pro impio dicas falsum testimonium. Non sequeris turbam ad faciendum malum, nec in iudicio plurimorum acquiescens sententiæ ut a ueritate declines. Pauperis quoque non misereberis in iudicio. Si occurrerit bos inimici tui aut asinus errans, reduc ad eum. Si uideris asinum odientis te iacentem sub onere, non pertransibis, sed leuabis cum eo. Non declinabis in iudicio pauperis. Mendacium fugies. Insontem et iustum non occides, quia abominor impium. Munera non accipies, quæ etiam excæcant prudentes et subuertunt uerba iustorum. Aduenam non affliges. Vos enim scitis animas peregrinorum, quia et ipsi fuistis aduenæ in terra Ægypti. Sex annis seminabis terram tuam et congregabis fruges eius. Septimo autem anno dimittes eam et requiescere facies, ut comedant pauperes populi tui, et quod his superauerit bestiæ agri comedant. Sic facies in uinea tua et in oliueto tuo. Sex diebus operaberis, die autem septimo requiescere facies, ut requiescat bos tuus et asinus tuus, et refrigeretur filius ancillæ tuæ et aduena. Omnia quæ dixi uobis obseruate. Et nominibus deorum alienorum non memorabitis, nec audiri ex ore uestro. Tribus temporibus per singulos annos mihi sacrificium celebrabitis. Azyma custodies. Septem diebus comedes azyma, sicut præcepi tibi, tempore mensis nouorum, in hoc enim egressus es de Ægypto. Non apparebis in conspectu meo uacuus. Et sollemnitas messis primitiarum operis tui quæcumque seminaueris in agro. Sollemnitas quoque exitus anni quando congregabis fruges tuas de agro. Tribus temporibus apparebit omne masculinum tuum coram Domino Deo. Non immolabis super fermentum sanguinem hostiæ meæ, nec remanebit adipes sollemnitatis meæ usque mane. Primitias frugum terræ tuæ offeres in domo Domini Dei tui. Non coques hædum in lacte matris suæ. Ecce ego mittam angelum meum qui præcedat te et custodiat in uia, et introducat in locum quem parauit. Obserua eum et audi uocem eius, nec contemnas illum quasi nescientem cum non dimittat peccatum uestrum, et sit nomen meum in eo. Si audieris uocem eius et feceris omnia quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, et affligam affligentes te. Et ibit angelus meus ante te, introducetque te ad Amorræum et Hethæum et Pherezæum et Chananæum et Heuæum et Iebusæum, quos ego disperdam. Non adorabis deos eorum nec colas eos, neque facies opera eorum, sed destrues eos et confringes statuas eorum. Seruietis autem Domino Deo uestro, et benedicet panibus tuis et aquis, et auferam infirmitates de medio tui. Non erit infecunda nec sterilis in terra tua. Numerum dierum tuorum implebo. Terrorem meum mittam in circuitu tuo, et occidam omnem populum ad quem ingredieris, dabo omnes inimicos tuos fugientes coram te. Mittam crabrones ante faciem tuam, qui ejicient Hethæum et Chananæum et Hethæum coram te. Non ejiciam eos a facie tua in anno uno, ne forte uastetur terra et crescant contra te bestiæ agri. Paulatim ejiciam eos a facie tua, donec augearis et possideas terram. Ponam autem terminos tuos a mari Rubro usque ad mare Palæstinum, et usque ad desertum fluminis. Tradam enim in manu uestra habitatores terræ, et ejicies eos in conspectu tuo. Non inibis cum eis fœdus nec cum diis eorum. Non habitabunt in terra tua, ne forte faciant te peccare in me. Si seruieris deis eorum, absque dubio capiet te laqueus. Venit autem Moyses et narrauit populo omnes sermones Domini et uniuersa iudicia. Responditque omnis populus uoce una: Omnia quæ locutus est Dominus faciemus. Scripsit autem Moyses omnes sermones Domini. Et mane consurgens ædificauit altare ad radices montis, et duodecim titulos per duodecim tribus Israel. Misitque iuuenes de filiis Israel, qui offerrent holocausta et immolarent uictimas pacifica Domino uitulos. Tulit autem Moyses dimidiam partem sanguinis, et misit in crateras; dimidium quoque reliquum sanguinis fudit ad altare. Quo sumpto uolumine legis, recitauit audiente populo, qui ait: Omnia quæ locutus est Dominus faciemus et erimus obedientes. Et tollens sanguinem aspersit populum dicens: Iste sanguis fœderis quod pepigit Dominus uobiscum super cunctis sermonibus his. Ascendit ergo Moyses et Aaron, Nadab et Abiu et septuaginta de maioribus natu Israel. Et uiderunt Deum Israel, et sub pedibus eius quasi opus lateris lapidei, et quasi substantia cæli cum serenum est. Nec super electos filios Israel manum misit, et uiderunt Deum, et comederunt et biberunt. Dixitque Dominus ad Moysen: Ascende ad me in montem, et esto ibi, daboque tibi tabulas lapideas et legem et mandata quæ scripsi, ut doceas eos. Surrexit Moyses et Iosue minister eius, ascenderunt in montem Dei. Senioribus autem dixerat: Manete hic donec reuertamur ad uos. Habetis Aaron et Hur uobiscum, si quid natum fuerit quæstionis, referetis ad eos. Ascendit ergo Moyses montem, et operuit nubes montem. Habitauitque gloria Domini super Sinai, tegens eum nube sex diebus. Vocauit autem eum die septimo de medio caliginis. Erat autem species gloriæ Domini quasi ignis ardens super montis uerticem coram filiis Israel. Ingressus Moyses medium nubis ascendit montem, et mansit ibi quadraginta diebus et quadraginta noctibus.

Locutus est Dominus ad Moysen dicens: Loquere filiis Israel ut tollant mihi primitias. Ab omni homine qui offert ultro, accipietis eas. Hæc autem sunt quæ accipere debetis: aurum et argentum et æs, hyacinthum et purpuram coccumque bis tinctum et byssum, pilos caprarum, pelles arietum rubricatas et ianthinas, ligna setthim, oleum ad luminaria, aromata in unguentum et in thymiama odoris, lapides onychinos et gemmas ad ornatum Ephod et rationalis. Et facient mihi sanctuarium, et habitabo in medio eorum. Iuxta omnem similitudinem tabernaculi quod ostendam tibi et in omnibus uasis eius, sic facietis. Arcam de lignis setthim fabricabis, duos cubitos et dimidium longitudo eius habebit, cubitum et dimidium latitudo eius, et cubitum et dimidium altitudo eius. Et deaurabis eam auro purissimo intrinsecus et extrinsecus, faciesque super eam coronam auream per circuitum. Quattuor annulos fundes aureos, et pones per quattuor arcæ cardines, duo anuli sint in latere uno, et duo in altero. Facies et uectes de lignis setthim, et deaurabis eos, et mittes per anulos qui sunt in arcæ lateribus, ut in eis portetur arca. Uectes in anulis erunt, nec unquam inde auferentur. Dabisque in arca testimonium quod dabo tibi. Facies et propitiatorium auri purissimi, duos cubitos et dimidium longitudo eius habebit, cubitum et dimidium latitudo eius. Duos cherubim aureos et productiles facies ex utraque parte propitiatorii, unum cherub de latere uno, et alterum cherub de latere altero. Ex ipso propitiatorio erunt cherubim a duobus lateribus eius. Et operient alis suis desuper propitiatorium, habentes facies mutuo uersas, et ad propitiatorium quo operta erit arca. Pones autem propitiatorium desuper arcam, in qua dabo testimonium quod tradam tibi. Inde præcipiam et loquar ad te, et ostendam tibi super propitiatorium, inter duos cherubim qui erunt super arcam testimonii, omnia quæ mandabo per me filiis Israel. Facies et mensam de lignis setthim, duos cubitos longitudo eius habebit, et cubitum latitudo eius, et cubitum et dimidium altitudo eius. Et deaurabis eam auro purissimo, faciesque ei labium aureum per circuitum. Et coronam auream per circuitum facies ei, et labio eius. Et quattuor anulos aureos pones in quattuor angulis mensæ, contra labium eius, ut mittantur uectes in anulis, et portetur mensa. Uectes de lignis setthim facies, et deaurabis eos, et portabitur in eis mensa. Thuribula et fialas, et cyathos et hydrias, in quibus libabitur, de auro purissimo facies. Super mensam autem ponentur panes propositionis coram me semper. Facies et candelabrum de auro purissimo, ductile opus, hastile eius et calamos, scyphos et sphæras et lilia de ipso procedent. Sex calami egredientur de lateribus, tres calami candelabri de latere uno, et tres calami candelabri de latere altero. Tres scyphi quasi in nucis modum in calamo uno, sphæra et lilium, et tres scyphi quasi nuces in calamo alio, sphæra et lilium. Sic sex calami qui egrediuntur de candelabro. In candelabro autem quattuor scyphi quasi nuces, sphæræ et lilia. Sphæra sub duobus calamis de ipso procedentibus, et sphæra sub duobus alterius, et sphæra sub duobus tertii, usque ad sex calamos qui egrediuntur de candelabro. Sphæræ et calami ex ipso erunt, totum ductile opus auri purissimi. Facies et lucernas septem, et ponentur super candelabrum, ut luceant ex aduerso. Emunctoria quoque et turibula de auro purissimo. Omnia uasa hæc quæ pertinent ad candelabrum, talenta auri purissimi habebunt. Vide et fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est. Tabernaculum autem sic facies. Decem cortinas de bysso retorta et hyacintho et purpura et coccum bis tinctum, opere uariabis cherubim. Longitudo cortinæ unius habebit uigintiocto cubitos, latitudo quattuor cubitos. Mensura una erit omnium cortinarum. Quinque cortinæ iungentur sibi mutuo, et aliæ quinque sibi mutuo cohærebunt. Facies et ansulas hyacinthinas in ora cortinæ unius, quæ est in fine iuncturæ, et in ora cortinæ quæ ex altera parte coniungitur. Quinquaginta ansulas in cortina una, et quinquaginta ansulas in ora cortinæ quæ est in iuncturæ altera, ut ansulæ ex aduerso respondeant sibi mutuo. Et quinquaginta fibulas aureas, quibus iungantur cortinæ ansulis suis, et fiat tabernaculum unum. Facies et cortinas undecim de pilis caprarum, ut operiant tabernaculum. Longitudo cortinæ unius habebit triginta cubitos, latitudo quattuor cubitos. Mensura una erit undecim cortinarum. Iungesque cortinas quinque seorsum, et sex seorsum, sextæ cortinæ duplicabis frontem. Et quinquaginta ansulas in ora cortinæ unius, quæ est in fine iuncturæ, et quinquaginta ansulas in ora cortinæ quæ iungitur secundæ. Fibulas æneas quinquaginta, quibus copuletur tentorium ut unum fiat. Operimentum autem tabernaculi de pellibus arietum rubricatis, et desuper aliud operimentum de pellibus ianthinis. Tabulas quoque tabernaculi de lignis setthim facies stantes. Decem cubitorum longitudo tabulæ unius erit, et cubitus et dimidius latitudo. Duo cardines erunt tabulæ unius, quibus altera alteri coniungitur. Sic facies omnes tabulas tabernaculi. Viginti tabulæ erunt ad plagam australem contra meridiem. Quadraginta bases argenteas facies sub uiginti tabulis, duas bases sub tabula una pro duobus cardinibus. Et sub tabula altera duas bases pro duobus cardinibus. Ad latus quoque tabernaculi secundum plagam septentrionalem uiginti tabulæ, et quadraginta bases argenteæ, duæ bases sub tabula una, et duæ bases sub tabula altera. Ad occidentalem autem plagam tabernaculi facies sex tabulas. Et duas tabulas in angulis tabernaculi in lateribus. Erunt autem gemellæ deorsum, et pariter usque ad caput ad primum anulum. Sic erit utrumque latus, et duæ tabulæ in angulis. Erunt ergo tabulæ octo, et bases earum sedecim argenteæ, duæ bases sub tabula una. Facies et uectes de lignis setthim, quinque tabulæ unius lateris tabernaculi, et quinque uectes tabulæ alterius lateris, et quinque uectes tabulæ quæ ad occidentalem plagam respicit. Vectis autem medius per medias tabulas pertransibit a summo usque deorsum. Tabulas autem deaurabis, et anulos eorum in quibus mittantur uectes fundes aureos. Et uectes deaurabis. Et erigis tabernaculum secundum formam quæ tibi in monte ostensa est. Facies et uelum de hyacintho et purpura et coccum bis tinctum et bysso retorta, opere uariabis cherubim. Et ponentur super quattuor columnas setthim deauratas, habentes capita aurea et bases argenteas. Dabisque uelum sub fibulis, et inferes intrinsecus arcam testimonii, et diuidet uelum uobis sanctuarium et sanctuarium sanctuariorum. Pones propitiatorium super arcam testimonii in sanctuario sanctuariorum. Mensam quoque extra uelum, et contra mensam candelabrum in latere tabernaculi ad meridiem. Mensa autem in aquilonari plaga erit. Facies et ostium tabernaculo de hyacintho et purpura et coccum bis tinctum et bysso retorta, opere plumarii. Et quinque columnas cum basibus suis. Et altare holocausti de lignis setthim, quinque cubitorum erit per quattuor latera, et trium cubitorum altitudo eius. Facies cornua per quattuor angulos, et de ipso erunt cornua. Et operies altare æramento. Ollas quoque ad suscipiendum cinerem et forcipes et fuscinulas et ignium receptacula de æramento facies. Omnia uasa eius. Craticulam quoque æneam et quattuor anulos æneos in quattuor angulis craticulæ. Et mittes eam subter in area altaris deorsum, et erit craticula usque ad medium altaris. Facies et uectes altaris de lignis setthim, et operies eos æramento. Et inducentur uectes in anulis, et erunt uectes ex utroque latere altaris ad portandum. Cauum tabulatum feceris ex tabulis. Sicut ostensum est tibi in monte, sic facient. Atrium quoque tabernaculi. Ad plagam australem contra meridiem erunt cortinæ atrii de bysso retorta centum cubitorum longitudine per unum latus. Et uiginti columnæ earum cum basibus suis æneis. Capitella columnarum et celatura earum argentea. Similiter et ad aquilonem per longum cortinæ centum cubitorum longitudine habebunt, et uiginti columnæ earum cum basibus suis æneis. Capitella columnarum et celatura earum argentea. Ad occidentalem plagam cortinæ habebunt quinquaginta cubitorum longitudine, columnæ decem cum basibus suis decem. Capitella columnarum et celatura earum argentea. Ad orientalem plagam contra solis ortum quinquaginta cubitos. Cortinæ ex una parte habebunt quindecim cubitos, columnæ tres cum basibus suis tres. Et ex altera parte cortinæ quindecim cubitos habebunt, columnæ tres cum basibus suis tres. Ostium autem atrii cortina habebit de hyacintho et purpura et coccum bis tinctum et bysso retorta, opere plumarii. Et columnæ quattuor cum basibus suis quattuor. Omnes columnæ atrii per circuitum habebunt capitella argentea et celaturam argenteam, et bases æneas. Longitudo atrii centum cubitorum, et latitudo quinquaginta per singula latera. Altitudo autem quinque cubitorum. Cortinæ de bysso retorta, et bases æneæ. Omnia uasa tabernaculi in cultum eius, et paxillos et funes atrii æneos facies. Præcipe filiis Israel ut adferant tibi oleum de arboribus oliuarum purissimum, ex arboribus contusum, ad luminaria, ut ardeat lucerna semper. In tabernaculo testimonii extra uelum quod pendet coram testimonio, ponet eam Aaron et filii eius a uespere usque mane coram Domino. Legitimum sempiternum filiis Israel in generationibus suis. Ab filiis Israel sumes uirgas, et adferes mihi. Aaron et filios eius adduces ad te de medio filiorum Israel, ut sacerdotio fungantur mihi. Aaron et filii eius. Facies uestimenta sancta Aaron fratri tuo in gloriam et decorem. Et loqueris omnibus sapientibus corde, quos implere uoluisti spiritu prudentiæ, ut faciant uestimenta Aaron in quibus consecratus ministret mihi. Hæc autem erunt uestimenta quæ facient: rationale et Ephod, tunicam et lineam talarem, mitram et balteum. Facient ergo uestimenta sancta Aaron fratri tuo et filiis eius, ut sacerdotio fungantur mihi. Accipient aurum et hyacinthum et purpuram coccumque bis tinctum et byssum. Et facient Ephod ex auro et hyacintho et purpura et coccum bis tinctum et bysso retorta, opere uariabis cherubim. Duas oras iungentes sibi mutuo in utroque latere. Et subtegmen Ephod ex eodem opere et auro et hyacintho et purpura et coccum bis tinctum et bysso retorta. Duos lapides onychinos sculpes nominibus filiorum Israel. Sex nomina in lapide uno, et sex nomina in lapide altero, secundum ordinem nativitatis eorum. Opere lapidarii, sculptura gemmæ, sculpes duos lapides nominibus filiorum Israel. Inclusos auro et circumdatos. Et pones eos in humeralibus Ephod, lapides memoriales filiis Israel. Portabitque Aaron nomina eorum coram Domino super duos humeros suos in memoriam. Et facies uncinos aureos, et duas catenulas auri purissimi sibi mutuo cohærentes, quas inseres uncinis in utroque latere rationalis. Et pones rationale super humerum Ephod, ante pectus eius. Et ponentur in rationali quattuor ordines lapidum. Ordo primus sardius et topazius et smaragdus. Secundus carbunculus et sapphirus et iaspis. Tertius ligurius et achates et amethystus. Quartus chrysolithus et onychinus et beryllus. Inclusi auro in ordinibus suis. Et erunt lapides duodecim nominibus filiorum Israel, duodecim nominibus eorum. Sculptura signaculi unusquisque nominibus suis duodecim tribubus. Facies in rationali catenulas sibi mutuo cohærentes opere textili auri purissimi. Et duos anulos aureos, quos pones in duobus angulis rationalis. Et duas catenulas auri in anulis qui sunt in angulis rationalis. Et duas extremitates catenularum texes in duobus uncinis, quos pones in duobus lateribus Ephod



XXXVI

XXVII

XXVIII

Explicat exodus
Incipit leuiticus





V

VI

tu ingemiscentionib⁹ filiis. Ihuelet holocau-
stū sacrificij pacifici. Si de armentis quasi ostiam te
quis mō⁹ si unū de armento quantuꝫ ma
nare filii israel ut offerent oblationes si
ue de armento siue de ouibus.
Si holocaustū ei⁹ fuerit oblatio[n]is de armento
masculū ꝑfectū offeret eū ad ostiū tabernaculi
testimonij placabilem sibi ꝓ eo coram dño
et ponet manū sup caput hostie. Et placabilis
fiet ei ad expiandū pctm. Immolabitq; filius
coram dño sanguinē. Et offerent filii aaron sacer
dotes sanguinē in circuitu altaris. Cumq; ꝑcussa
fuerit victima fundent sanguinē. Et detrahent
pellē victime. Cumq; cesa fuerit in frusta
mittent ignē in altari. Et ponent ligna sup
focū altaris. Frusta quoq; et caput et adipē
ordinabunt sup ligna q̄ iacent in altari
igni. Intestina autē et pedes lauabunt aq̄.
Et adolebit sacerdos omnia sup altare in holo
caustū. Et in odorē suauissimū dño. Si de pe
coribus hostiā pacifici. Si de armentis
siue masculū siue femellā ꝓfectū offeret
illā coram dño. Et ponet manū sup caput
hostie. Et immolabit eā ad ostiū tabernaculi
testimonij. Fundentq; filii aaron sanguinē
in circuitu altaris. Et offerent ex victima
ꝓ sacrificio pacifici. Adipē. Et caudā
totā cū spinali medulla. Et pinguedinē
q̄ operit intestina. Et cūcta intestinorū
sebū. Duos renes cū adipe q̄ est sup eos
et ilia. Et reticulū iecoris cū renibus
auferet. Et adolebit ea sacerdos in altari
in cibū ignis in odorē suauitatis. Omnis
pinguedo ad dñm. Lex sempiterna in
generationibus vestris cunctis habitaculis
vestris. Nullum omnino adipē nullum
sanguinē comedetis. Anima enim carnis
in sanguine est. Et ideo dixi filiis israel.
Sanguinē cuiuscūq; animantis non comedetis
quia anima omnis carnis in sanguine est.
Qui comederit illū disperibit. Si quis
de filiis israel aut de aduenis qui habitant
inter eos sanguinē comederit. Ponam faciem
meā contra animā illā q̄ comederit sanguinē
et disperdam eā de populo suo. Anima enim
carnis in sanguine est. Et ego dedi illū
vobis ut super altare fundatur sanguis
animarū vestrarū. Et sanguis pro animā
fundetur. Idcirco dixi filiis israel. Nullus
ex vobis comedet sanguinē. Et aduena
qui habitat inter vos non vescetur sanguine.
Quicūq; de filiis israel et de aduenis qui
habitant inter eos in venatione bestiā
siue auis cuius comedi fas est. Effuderit
sanguinē. Operiet eū pulvere. Quia anima
omnis carnis sanguis illius est. Et dixi filiis
israel. Sanguinē omnis carnis non comedetis
quia anima omnis carnis sanguis illius est.
Quicūq; comederit illū disperibit. Anima
quę comederit morticinū aut captū a bestia
sive de ciue sive de aduena lauabit vestimenta
sua et lauabitur aq̄. Et polluta erit usq;
ad vesperū. Et sic mundabitur. Si non lauerit
vestimenta sua nec carnem suam portabit
iniquitatem suam. Locutusq; est dñs ad
moysen dicens. Loquere filiis israel et dices
ad eos. Ego dñs deus vester. Iuxta opera
terre egipti in qua habitastis non facietis.
Et iuxta opera terre chanaan in quā ego
introducam vos non agetis. Nec in legibus
eorum ambulabitis. Iudicia mea facietis
et legitimā mea custodietis ut ambuletis in
eis. Ego dñs deus vester. Custodite ergo
legitimā mea et iudicia mea quę faciens
homo vivet in eis. Ego dñs. Nullus ex
vobis ad proximā sanguinis sui accedet
ut revelet turpitudinē eius. Ego dñs.
Turpitudinē patris tui et turpitudinē matris
tue non revelabis. Mater tua est. Non
revelabis turpitudinē eius. Turpitudinē
uxoris patris tui non revelabis. Caro patris
tui est. Turpitudinē sororis tue filie patris
tui siue filie matris tue quę domi vel foris
genita est non revelabis turpitudinē earum.
Turpitudinē filie filii tui et filie filie tui non
revelabis turpitudinē earum. Caro tua
sunt. Turpitudinē filie uxoris patris tui
quę genita patri tuo et tibi soror est non
revelabis. Non revelabis turpitudinē sororis
patris tui. Caro enim patris tui est. Turpi-
tudinē sororis matris tue non revelabis.
Caro enim matris tue est. Turpitudinē
fratris patris tui non revelabis. Et uxorem
eius non accedes. Mulier enim fratris tui
est. Turpitudinē nurus tue non revelabis.
Uxor enim filii tui est. Non revelabis
turpitudinē eius. Turpitudinē uxoris fratris
tui non revelabis. Caro enim fratris tui est.
Turpitudinē mulieris et filie eius non
revelabis. Filiam filii eius et filiam filie illius
non revelabis turpitudinē earum. Caro enim
illarum est. Et nefarium scelus. Sororem
uxoris tue non accipies. Nec revelabis
turpitudinē eius. Caro enim illius est.
Et nefarium scelus. Sororem uxoris tue non
accipies. Nec revelabis turpitudinē eius.
Caro enim illius est. Et nefarium scelus.
Sororem

ungulam sinon uindit eam sicut animal
inmundum non mandetis illud et mater
immunda reputabitis. Aragallus qui
ruminat ungulam quidem findit sed non
uidet pedem. sinungulam non findit ruminat
non secabit ungulam non diuidit. ruminat
hoc animal inmundum erit et cetera.
Hæc animalia quæ immunda sunt nobis.
et sentit qui tetigerit morticinam eorum
immundus erit usque ad uesperum. et
qui tulerit aliquam de membris eius lauabit
uestimenta sua et ipse immundus erit
usque ad uesperum. Omne animal quod
graditur super plantas suas et habet
plurimos pedes inter cuncta reptilia
quæ humi trahuntur non comedetis
quia abominabilia sunt. Ex animalibus
quæ ambulant super quatuor pedes
habentia longiora crura inter posteriores
pedes ut saltare possint super terram
non comedetis quia abominabilia sunt
uobis. Morticinam eorum non tangetis
ne polluamini. Hæc animalia inmunda
erunt uobis. Quicumque tetigerit
morticinam eorum lauabit uestimenta
sua et immundus erit usque ad uesperum.
Omne animal quod ungulam habet
sed non findit eam nec ruminat
immundum erit. Omnis qui tetigerit
illud polluetur. Quicquid ambulat super
plantas suas inter cuncta animantia
quæ graditur super quattuor pedes
immundum erit uobis. Qui tetigerit
morticinam eorum lauabit uestimenta
sua et immundus erit usque ad uesperum.
et habitabit solus nec mittetur in castra.
Omne animal quod graditur super pectus
suum et super quattuor pedes et habet
plurimos pedes inter cuncta reptilia
quæ humi trahuntur non comedetis
quia abominabilia sunt. Qui tetigerit
morticinam eorum polluetur usque ad
uesperum et quicumque tulerit de membris
eius lauabit uestimenta sua et immundus
erit usque ad uesperum. Omne animal
quod ungulam habet sed non findit
eam nec ruminat immundum erit
omnis qui tetigerit illud polluetur.
Quicquid super plantas suas graditur
inter cuncta animantia quæ ambulant
super quattuor pedes immundum erit
uobis. Qui tetigerit morticinam eorum
polluetur usque ad uesperum. et qui
tulerit de membris eius lauabit uestimenta
sua et immundus erit usque ad uesperum.
quia omnia immunda sunt uobis. Sed et
hæc quæ moueantur

uidelacertus. cancer et illud singula
rum genus simum mygale et mus et
thos lacerta. et talpa. omnia immunda
sunt. qui tetigerit morticinam eorum
immundus erit usque ad uesperum. Et
quæcumque ceciderint ex his super
quam temeraueris eorum pollutum
erit. sive in uasis lignorum siue in
uestimentis siue in pelliculis. siue in
cilicio. siue in quibuscumque fuerit
opus. tinguentur aqua et polluta erunt
usque ad uesperum. et sic mundabuntur.
Vas autem
fictile in quo horum quippiam cecidit. pol
luetur. et frangendum est. Omnis
cibus qui comeditur si fuerit super eum aq
uam habens polluetur. Omne liquens quod bibi
potest in uniuerso uase immundum erit. Et quic
quid de huiusmodi corpore fuerit super quod cecidit pollutum
immundum erit. Sive de ibam sive cor
pora pecorum fuerint. immundi erunt
et uos pollutos existimabitis. Fons autem et
cisterna aquarum congregatio immunda
erit. Qui autem tetigerit cadaver eorum
polluetur. Si super semen quod seritur
ceciderit non polluet eam. Si autem aqua
fuerit mentum posita et super eam
ceciderit pollutum erit uobis. Omne animal
quod graditur super plantas suas inter
omne reptile quod humi trahitur. non comedetis
quia abominabile est. Ne polluatis animas uestras
in omni reptili quod mouetur super terram.
Ego enim sum dominus qui eduxi uos
de terra egypti. ut essem uobis in deum. Sa
cti eritis quia ego sanctus sum. Hæc est lex ani
mantium ac uolucrum. omnisque animæ
uiuentis quæ mouetur in aquis et
quæ reptat super terram. ut habeatis discretionem
inter immundum et mundum. et inter animal quod
edi potest et quod edi non potest.

Domine ne in furore tuo arguas me neque in ira tua corripias me. Quoniam sagitte tue infixe sunt mihi et confirmasti super me manum tuam. Non est sanitas in carne mea a facie ire tue non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum. Quoniam iniquitates mee supergressa sunt caput meum et sicut onus grave gravate sunt super me. Putruerunt et corrupte sunt cicatrices mee a facie insipientie mee. Miser factus sum et curvatus sum nimis tota die contristatus ingrediebar. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus et non est sanitas in carne mea. Afflictus sum et humiliatus sum nimis rugiebam a gemitu cordis mei. Domine ante te omne desiderium meum et gemitus meus a te non est absconditus. Cor meum conturbatum est dereliquit me virtus mea et lumen oculorum meorum et ipsum non est mecum. Amici mei et proximi mei adversum me appropinquabunt et steterunt et qui iuxta me erant de longe stabant. Et vim faciebant qui querebant animam meam et qui inquirebant mala mihi locuti sunt et dolos tota die meditabantur. Ego autem tamquam surdus non audiebam et sicut mutus non aperiens os suum. Et factus sum sicut homo non audiens et non habens in ore suo redargutiones. Quoniam in te domine speravi tu exaudies me domine deus meus. Quia dixi nequando supergaudeant inimici mei et dum commouentur pedes mei in me magna loquuntur. Quoniam ego in flagella paratus sum et dolor meus in conspectu meo semper. Quoniam iniquitatem meam annuntiabo et cogitabo pro peccato meo. Inimici autem mei vivunt et confortati sunt super me et multiplicati sunt qui oderunt me inique. Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi quoniam sequebar bonitatem. Ne derelinquas me domine deus meus ne discesseris a me. Intende in adiutorium meum domine virtutis mee salutis mee. Iudica me domine deus meus secundum iustitiam tuam et non insultent mihi inimici mei. Ne dicant in cordibus suis euge euge anime nostre ne dicant absorbuimus eum. Confundantur et reverentur simul qui gaudent malis meis induantur confusione et reverentia qui magnificantur super me. Exultent et letentur qui volunt iustitiam meam et dicant semper magnificetur dominus qui vult pacem servi sui. Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam tota die laudem tuam. Deus meus ne elongaveris a me deus in auxilium meum respice. Domine dominus salutis mee tu protexisti super caput meum in die belli. Ne tradas me a desiderio meo peccatori. Exurgat deus et dissipentur inimici eius et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Sicut deficit fumus deficiant sicut fluit cera a facie ignis. Sic pereant peccatores a facie dei et iusti epulentur et exultent in conspectu dei. Et delectentur in letitia. Exultate deo adiutori nostro iubilate deo Jacob. Sumite psalmum et date tympanum psalterium iocundum cum cithara. Buccinate in neomenia tuba in insigni die solemnitatis vestre. Quoniam precepta in israel sunt et iudicia deo Jacob. Testimonium in Joseph posuit illud in exitu de terra egypti. Labium quod non noverat audivi. Divertit ab oneribus dorsum eius manus eius in cophino servierunt. In tribulatione invocasti me et liberavi te exaudivi te in abscondito tempestatis probavi te apud aquam contradictionis. Audi populus meus et contestabor te israel si audieris me non erit in te deus recens et non adorabis deum alienum. Ego enim sum dominus deus tuus qui eduxi te de terra egypti dilata os tuum et implebo illud. Et non audivit populus meus vocem meam et israel non intendit mihi. Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum ibunt in adinventionibus suis. Si populus meus audisset me israel in viis meis ambulasset pro nichilo forsitan inimicos eorum humiliassem et super tribulantes eos misissem manum meam. Inimici domini mentiti sunt ei et erit tempus eorum in secula. Et cibavit eos ex adipe frumenti et de petra mel saturavit eos. Exultavit dilectus et recalcitravit incrassatus es impinguatus es dilatatus es et dereliquit deum factorem suum et recessit a deo salutari suo. Provocaverunt eum in ydolis suis et in sculptilibus suis ad iracundiam concitaverunt eum. Immolaverunt demoniis et non deo deis quos ignorabant novi recentes venerunt quos non coluerunt patres eorum. Petram que genuit te dereliquisti et oblitus es dei nutritoris tui. Et vidit dominus et accensus est ira propter iracundiam filiorum suorum et filiarum. Et dixit abscondam faciem meam ab eis et considerabo novissima eorum. Generatio enim perversa est filii quibus non est fides. Ipsi me provocaverunt in eo qui non erat deus irritaverunt me in vanitatibus suis. Et ego provocabo eos in eo qui non est populo meo in gente insipiente in iram concitabo eos. Quia ignis succensus est in furore meo et ardebit usque ad inferni novissimum devorabitque terram et germen eius et montium fundamenta comburet. Congregabo super eos mala et sagittas meas complebo in eis. Consumentur fame et devorabunt eos volucres morsu amarissimo et dentes bestiarum immittam in eos cum furore trahentium super terram et intrinsecus vastabit gladius et formidabo similiter et iuvenem virginem lactantem cum homine senio deficiente. Dixi ubi sunt nunc et auferam de hominibus memoriam eorum. Nisi propter iram inimici distulerim ne forte superbiant adversarii eorum et dicant manus nostra excelsa et non dominus fecit hec omnia. Gens absque consilio est et non est prudentia in eis. Utinam sapere et intellegere ac novissima providere. Quomodo persequatur unus mille et duo fugent decem milia nisi quia dominus tradidit eos et deus conclusit illos. Non enim est deus noster quasi deus eorum et sunt inimici nostri fatui. De vinea enim sodomorum vinea eorum et de suburbanis gomorre uva eorum uva felle plena botri dulcedine inebriantes. Fel draconum vinum eorum et venenum aspidum insanabile. Nonne hec condita sunt apud me et signata in thesauris meis. Mihi vindicta et ego retribuam in tempore ut labatur pes eorum. Prope est dies perditionis et adesse festinant temporum. Iudicabit dominus populum suum et in servis suis deprecabitur quoniam vidit quod infirmata sit manus et defecerit conclusus et infirmus. Et dixit ubi sunt dii eorum petra in qua habebant fiduciam. Qui comedebant adipes victimarum eorum bibebant vinum libaminum eorum surgant et opitulentur vobis et protegant vos in necessitatibus vestris. Videte quod ego sum solus et non est alius deus preter me. Ego occidam et vivere faciam percutiam et sanabo et non est qui de manu mea possit eruere. Levabo ad celum manum meam et dicam vivo ego in eternum. Si acuero ut fulgur gladium meum et arripuerit iudicium manus mea reddam ultionem hostibus meis et retribuam odientibus me. Inebriabo sagittas meas sanguine et gladius meus devorabit carnes de cruore occisorum et de capitibus principum inimicorum. Letamini gentes populum eius quia sanguinem servorum suorum ulciscetur et vindictam retribuet hostibus eius et propitiabitur terre populi sui. Et clamabunt domino qui revelat sanguinem eorum et non deridebit clamores eorum. Et dixit dominus ad me sermones meos concipe in auribus tuis quia sicut venturus est auditor sic et qui narrat de voluntate illius. Et sicut descendit imber et nix de celo et illuc ultra non revertitur nisi inebriaverit terram et infundat eam et germinare faciat dabitque semen seminanti et panem comedenti sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo non revertetur ad me vacuum sed faciet quecumque volui et prosperabitur in his ad que misi illud. Egredimini de medio babilonis et salvet unusquisque animam suam ne pereatis in iniquitatibus illius. Tempus enim ultionis domino est vicem ipse retribuet. Date illi sicut et ipsa dedit vobis et duplicate duplicia secundum opera eius. In calice in quo miscuit miscete illi duplex. Quantum glorificavit se et in deliciis fuit tantum date illi tormentum et luctum. Quia in corde suo dicit sedeo regina et vidua non sum luctum non videbo. Propterea in una die venient mors et luctus et fames et in igne comburetur quia fortis est dominus deus qui iudicabit eam. Et flebunt et plangent eam reges terre qui cum ea fornicati sunt et in deliciis vixerunt quando videbunt fumum incendii eius. Longe stabunt propter timorem tormentorum eius dicentes. Vae vae civitas illa babilon civitas fortis quia una hora venit iudicium tuum. Et negotiatores terre flebunt et lugebunt super illam quia merces eorum nemo emet amplius. Merces auri et argenti et lapidis pretiosi et margaritarum et bissi et purpure et serici et cocci et omne lignum thyinum et omne vas ebureum et omne vas de lapide pretioso et de ere et ferro et marmore et cinnamomum et odoramentum et unguentum et thus et vinum et oleum et similam et triticum et iumenta et oves et equorum et rhedarum et mancipia animas hominum. Et poma desiderii animae tue discesserunt a te et omnia pinguia et insignia perierunt a te et amplius non invenient ea. Mercatores horum qui divites facti sunt ab ea longe stabunt propter timorem tormentorum eius flentes et lugentes et dicentes. Vae vae civitas illa que amicta erat bysso et purpura et cocco et inaurata erat auro et lapide pretioso et margaritis quia una hora destituta est tanta divitia. Et omnis gubernator et omnis qui navigat et nautae et quotquot in mari operantur longe steterunt et clamabant videntes locum incendii eius dicentes. Quae similis fuit civitati huic magnae. Et miserunt pulverem super capita sua et clamabant flentes et lugentes et dicentes. Vae vae civitas illa in qua divites facti sunt omnes qui habebant naves in mari de pretiis eius quia una hora desolata est. Exulta super eam celum et sancti apostoli et prophete quia iudicavit deus iudicium vestrum de illa. Et sustulit unus angelus fortis lapidem quasi molarem magnum et misit in mare dicens. Hac impetu mittetur babilon civitas illa magna et ultra non invenietur. Et vox citharedorum et musicorum et tibicinum et tubicinum non audietur in te amplius et omnis artifex omnis artis non invenietur in te amplius et vox molendini non audietur in te amplius et lumen lucerne non luceat in te amplius et vox sponsi et sponse non audietur in te amplius quia mercatores tui erant principes terre quia in veneficiis tuis erraverunt omnes gentes. Et in ea sanguis prophetarum et sanctorum inventus est et omnium qui interfecti sunt in terra. Post hec audivi quasi vocem turbarum multarum in celo dicentium alleluia salus et gloria et virtus dei nostri quia vera et iusta iudicia eius quia iudicavit de meretrice magna que corrupit terram in fornicatione sua et vindicavit sanguinem servorum suorum de manu eius secundo dixerunt alleluia et fumus eius ascendit in secula seculorum. Et ceciderunt quattuor et viginti seniores et quattuor animalia et adoraverunt deum sedentem super thronum dicentes amen alleluia. Et vox de throno exivit dicens laudem dicite deo nostro omnes servi eius et qui timetis eum pusillus et magnus. Et audivi quasi vocem turbe magne et quasi vocem aquarum multarum et quasi vocem tonitruorum validorum dicentium alleluia quoniam regnavit dominus deus noster omnipotens. Gaudeamus et exultemus et demus gloriam ei quia venerunt nuptie agni et uxor eius preparavit se. Et data est illi ut cooperiat se bysso splendenti candida nam bysso iustificationes sanctorum sunt. Et dicit mihi scribe beati qui ad cenam nuptiarum agni vocati sunt. Et dicit mihi hi sermones veri dei sunt. Et cecidi ante pedes eius ut adorarem eum. Et dicit mihi vide ne feceris conservus tuus sum et fratrum tuorum habentium testimonium ihesu deum adora. Testimonium enim ihesu est spiritus profetie. Et vidi celum apertum et ecce equus albus et qui sedebat super eum vocabatur fidelis et verax et cum iustitia iudicat et pugnat. Oculi autem eius sicut flamma ignis et in capite eius diademata multa habens nomen scriptum quod nemo novit nisi ipse. Et vestitus erat veste aspersa sanguine et vocatur nomen eius verbum dei. Et exercitus qui in celo sunt sequebantur eum in equis albis vestiti bysso candida et munda. Et de ore eius exit gladius ex utraque parte acutus ut in ipso percutiat gentes et ipse reget eas in virga ferrea et ipse calcat torcular vini furoris et ire omnipotentis dei. Et habet in vestimento et in femore suo scriptum rex regum et dominus dominantium. Et vidi unum angelum stantem in sole et clamavit voce magna dicens omnibus avibus que volabant per medium celum venite congregamini ad cenam magni dei ut manducetis carnes regum et carnes tribunorum et carnes fortium et carnes equorum et sedentium in eis et carnes omnium liberorum et servorum et pusillorum et magnorum. Et vidi bestiam et reges terre et exercitus eorum congregatos ad faciendum bellum cum illo qui sedebat in equo et cum exercitu eius. Et apprehensa est bestia et cum illo pseudoprophetes qui fecit signa coram ipso quibus seduxit eos qui acceperunt caracterem bestie et qui adoraverunt imaginem eius. Vivi missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis sulphure. Et reliqui occisi sunt in gladio sedentis super equum qui procedit de ore ipsius et omnes volucres saturate sunt carnibus eorum. Et vidi angelum descendentem de celo habentem clavem abissi et catenam magnam in manu sua. Et apprehendit draconem serpentem antiquum qui est diabolus et satanas et ligavit eum per annos mille. Et misit eum in abissum et clausit et signavit super illum ut non seducat amplius gentes donec consummentur mille anni et post hec oportet illum solvi modico tempore. Et vidi sedes et sedentes super eas et iudicium datum est illis et animas decollatorum propter testimonium ihesu et propter verbum dei et qui non adoraverunt bestiam neque imaginem eius nec acceperunt caracterem in fronte sua et in manu sua et vixerunt et regnaverunt cum christo mille annis. Beatus et sanctus qui habet partem in resurrectione prima in his secunda mors non habet potestatem sed erunt sacerdotes dei et christi et regnabunt cum eo mille annis. Et cum consummati fuerint mille anni solvetur satanas de carcere suo et exibit et seducet gentes que sunt super quattuor angulos terre gog et magog et congregabit eos in bellum quorum numerus est sicut arena maris. Et ascenderunt super latitudinem terre et circumdederunt castra sanctorum et civitatem dilectam et descendit ignis a deo de celo et devoravit eos et diabolus qui seducebat eos missus est in stagnum ignis et sulphuris ubi et bestia et pseudoprophetes et cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum. Et vidi thronum magnum candidum et sedentem super eum a cuius conspectu fugit terra et celum et locus non est inventus eis. Et vidi mortuos magnos et pusillos stantes in conspectu throni et libri aperti sunt et alius liber apertus est qui est vite et iudicati sunt mortui ex his que scripta erant in libris secundum opera ipsorum. Et dedit mare mortuos qui in eo erant et mors et infernus dederunt mortuos qui in ipsis erant et iudicatus est unusquisque secundum opera sua. Et mors et infernus missi sunt in stagnum ignis hec est mors secunda. Et si quis non inventus est scriptus in libro vite missus est in stagnum ignis. Et vidi celum novum et terram novam primum enim celum et prima terra abiit et mare iam non est amplius. Et ego iohannes vidi sanctam civitatem hierusalem novam descendentem de celo a deo parata sicut sponsam ornatam viro suo. Et audivi vocem magnam de throno dicentem ecce tabernaculum dei cum hominibus et habitabit cum eis et ipsi populus eius erunt et ipse deus cum eis erit eorum deus. Et absterget deus omnem lacrimam ab oculis eorum et mors ultra non erit neque luctus neque clamor neque dolor erit ultra quia prima abierunt. Et dixit qui sedebat in throno ecce nova facio omnia et dicit mihi scribe quia hec verba fidelia sunt et vera. Et dixit mihi factum est ego alpha et o principium et finis. Ego sitienti dabo de fonte aque vite gratis. Qui vicerit possidebit hec et ero illi deus et ipse erit mihi filius. Timidis autem et incredulis et execratis et homicidis et fornicatoribus et veneficis et idolis et omnibus mendacibus pars illorum erit in stagno ardenti igne et sulphure quod est mors secunda. Et venit unus de septem angelis qui habebant septem fiolas plenas novissimis septem plagis et locutus est mecum dicens veni et ostendam tibi sponsam uxorem agni. Et abstulit me in spiritu in montem magnum et altum et ostendit mihi civitatem sanctam hierusalem descendentem de celo a deo habentem claritatem dei et lumen eius simile lapidi pretioso tamquam lapidi iaspidis sicut crystallum. Et habebat murum magnum et altum habentem portas duodecim et in portis angelos duodecim et nomina inscripta que sunt nomina duodecim tribuum filiorum israel. Ab oriente portae tres et ab aquilone portae tres et a meridie portae tres et ab occidente portae tres. Et murus civitatis habens fundamenta duodecim et in ipsis duodecim nomina duodecim apostolorum agni. Et qui loquebatur mecum habebat mensuram arundineam auream ut metiretur civitatem et portas eius et murum eius. Et civitas in quadro posita est et longitudo eius tanta est quanta et latitudo et metivit civitatem de harundine per stadia duodecim milia et longitudo et altitudo et latitudo eius equalia sunt. Et metivit murum eius centum quadraginta quattuor cubitorum mensuram hominis quod est angeli. Et erat structura muri eius lapidis iaspidis et ipsa civitas aurum mundum simile vitro purissimo. Fundamenta muri civitatis omni lapide pretioso ornata. Fundamentum primum iaspis secundum saphirus tertium calcedonius quartum smaragdus. Quintum sardonix sextum sardius septimum crysolitus octavum berillus nonum topazius decimum crysoprasus undecimum iacinctus duodecimum amethistus. Et duodecim portae duodecim margarite sunt per singulas et singule erant portae ex margarita una et platea civitatis aurum mundum tamquam vitrum perlucidum. Et templum non vidi in ea deus enim omnipotens templum illius est et agnus. Et civitas non eget sole neque luna ut luceant in ea nam claritas dei illuminavit eam et lucerna eius est agnus. Et ambulabunt gentes in lumine eius et reges terre afferent gloriam et honorem suum in illam. Et portae eius non claudentur per diem nox enim non erit illic. Et afferent gloriam et honorem gentium in illam. Non introibit in eam aliquod commune et faciens abominationem et mendacium nisi qui scripti sunt in libro vite agni. Et ostendit mihi fluvium aque vite splendidum tamquam crystallum procedentem de sede dei et agni. In medio platee eius et ex utraque parte fluminis lignum vite afferens fructus duodecim per menses singulos reddens fructum suum et folia ligni ad sanitatem gentium. Et omne maledictum non erit amplius sed thronus dei et agni in ea erit et servi eius servient illi. Et videbunt faciem eius et nomen eius in frontibus eorum. Et nox ultra non erit et non indigebunt lumine lucerne neque lumine solis quia dominus deus illuminabit illos et regnabunt in secula seculorum. Et dixit mihi hi sermones fidelissimi et verissimi et dominus deus spirituum prophetarum misit angelum suum ostendere servis suis que oportet fieri cito. Et ecce venio velociter beatus qui custodit verba prophetie libri huius. Et ego iohannes qui audivi et vidi hec. Et postquam audivi et vidi procidi ut adorarem ante pedes angeli qui hec mihi ostendebat. Et dicit mihi vide ne feceris conservus tuus sum et fratrum tuorum prophetarum et eorum qui servant verba libri huius deum adora. Et dicit mihi ne signaveris verba prophetie libri huius tempus enim prope est. Qui nocet nocere faciat adhuc et qui in sordibus est sordescat adhuc et qui iustus est iustificetur adhuc et sanctus sanctificetur adhuc. Ecce venio velociter et merces mea mecum est reddere unicuique secundum opera sua sicut est. Ego sum alpha et o primus et novissimus principium et finis. Beati qui lavant stolas suas in sanguine agni ut sit potestas eorum in ligno vite et per portas intrent in civitatem. Foris canes et venefici et impudici et homicide et idolis servientes et omnis qui amat et facit mendacium. Ego iesus misi angelum meum testificari vobis hec super ecclesiis. Ego sum radix et genus david stella splendida et matutina. Et spiritus et sponsa dicunt veni et qui audit dicat veni et qui sitit veniat et qui vult accipiat aquam vite gratis. Testificor enim ego omni audienti verba prophetie libri huius si quis apposuerit ad hec apponet deus super illum plagas scriptas in libro isto. Et si quis diminuerit de verbis libri prophetie huius auferet deus partem eius de libro vite et de civitate sancta et de his que scripta sunt in libro isto. Dicit qui testificatur hec etiam venio cito amen. Veni domine ihesu.

requirem; testū ei. ~ testimōia ei. Pp
nomē tuū dñe ppitiabis peccō meo multū ē
enī. Quis ē hō qui timet dñm. legē statuit ei
in via q̄ elegit. Anīa ei in bonis demorabit.
~ semē ei hereditabit terrā. Firmamentū ē d̄ti
nūtibus eum. ~ testm̄ ipi ut manifestentur illi.
Oculi mei sp̄ ad dñm. q̄m ipe eueller de laqo
pedes meos. Respice in me ~ miserere mei. q̄
unic ~ pauper sū ego. Tribulatiōes cordis mei
multiplicate sunt de necessitatibus meis eripe
me. Vide humilitatē meā. ~ laborē meū. ~ di
mitte uniūsa delicta mea. Respice inimicos
meos. q̄m multiplicati sunt. odio iniquo
oderūt me. Custodi aīam meā. ~ eripe me. ~ n
erubescam q̄m sperauī in te. Innocentes ~
recti adheserūt mihi. quia sustinui te.
Lu dē israel ex oībus tribulatiōibus suis.

Iudica me dñe q̄m ego in innocentia mea in
gressus sum. ~ in dño sperās nō infirmabor.
Proba me dñe ~ tēpta me. ure renes meos ~ cor
meū. Oculi mei ante tua sūt oculos meos ē ~ pla
cui in veritate tua. Non sedi cum concilio vani
tatis. ~ cū iniq̄ gerentibus nō introibo. Odiui
ecclīā malignantiū. ~ cū impiis nō sedebo.
Lauabo inter innocentes manus meas. ~ circūi bo al
tare tuū dñe. Vt audiā vocē laudis. ~ enar
rē uniūsa mirabilia tua. Dne dilexi
decorē domus tue. ~ locū habitatiōis glē tue. Ne
pdas cum impiis deū aīam meā. ~ cū viris sā
guinū vitā meā. In quoꝝ manibus iniq̄
tates sunt. dextera eoꝝ repleta ē muneribus.
Ego aūt in innocentia mea ingressus sū. redi
me me. ~ miserere mei. Pes meus stetit in di
recto. in ecclīis benedicā te dñe.

Dominus illuminatio mea. ~ salus mea
q̄ timebo. Dne protector vite
mee. a quo trepidabo. Dū ap
propiant sup me nocentes. ut
edant carnes meas. Qui tri
bulant me inimici mei. ipi infirmati sunt. ~ ce
ciderūt. Si consistant adūsū me castra. non ti
mebit cor meū. Si exurgat adūsū me prelium.
in hoc ego sperabo. Vnā petij a dño hanc requiram.
ut inhabitē in domo dñi oībus diebus vite mee.
Vt videam voluptatē dñi. ~ visitem templū ei.
Quoniam abscondit me in tabernaculo suo. in die
malorum protexit me. In abscondito tabernaculi sui
exaltauit me. super petram exaltauit me.
Et nunc exaltatum est caput meum. super inimicos meos.
circuiui. ~ immolaui in tabernaculo ei. hostiā uociferationis. cantabo
~ psalmū dño deo. Exaudi dne vocē meā
qua clamauī ad te. miserere mei. ~ exaudi me.
Tibi dixit cor meū exquisiui te facies mea. faciē
tuā dne requiā. Ne auertas faciē tuā a
me. ~ ne declines in ira a seruo. Adiutor
meus esto ne derelinquas me. ~ despicias me deus
salutaris meus. Quoniam pr̄ mei. ~ mr̄ mea dereliq̄
runt me. dñs autē assūpsit me. Legē pone mihi dne
in via tua. ~ dirige me in semitā recta. pr̄
inimicos meos. Ne tradideris me in animas tribu
lantiū me. quoniam insurrexerūt in me testes iqui
tatis. ~ mentita est iniquitas sibi. Credo ut videā bona dei in
terra viuentiū. Expta deum uiriliter age. ~ confor
tetur cor tuū. ~ sustine dñm.

Ad te dñe clamabo. deus meus ne sileas a me.
ne forte taceas a me. ~ assimilabor descendē
tibus in lacum. Exaudi dne vocē deprecatiōis
mee. dum oro ad te. ~ dū extollo manus meas
ad templū sanctū tuū. Ne simul trahas me ~
perdas cū operantibus iniquitatē ne pdas
me. Qui loquuntur pacē cū proximo suo. ma
la autē in cordibus eoꝝ. Da illis scd opera eoꝝ. ~ scd
nequitiā adinuentionū ipoꝝ. Scd opera manuū eoꝝ tribue illis. redde retributionē eoꝝ ipis
Quia non intellexerūt opa dñi. ~ opera manuū ei. de
structet illos. ~ non edificabis eos. Benedictus dñs quo
niam exaudiuit vocē deprecatiōis mee. Quia dñs adiutor
meus ~ protector meus. ~ in ipo speuit cor meū. ~ ad
iutus sum. Et refloruit caro mea. ~ ex voluntate
tua confitebor ei. Dus fortitudo plebis sue
~ protector saluationū xp̄i sui ē. Saluum fac
pplm tuū dñe. ~ benedic hereditati tue. ~ rege
eos ~ extolle illos usq; in etūm.

Afferte dño filij dei. afferte dño filios arie
tum. Afferte dño gloriā ~ honorē. af
ferte domino gloriā nois ei. adorate dñm
in atrio sco ei. Vox dñi sup aquas. deus maiestatis
intonuit. dñs sup aquas multas. Vox dñi in
virtute. vox dñi in magnificentia. Vox
dñi confringentis cedros. ~ confringet dns cedros
libani. Et comminuet eos. tanq; unigenitū libani
~ dilectus quemadmodū filius unicornuū. Vox
dñi intercidentis flammā ignis. vox dñi com
mouentis desertū. ~ commouebit dns desertū cades.
Vox dñi preparantis cervos. revelauit condensa.
~ in templo ei omes dicent gloriam. Dñs diluuio
in habitare facit. ~ sedebit dns rex in etūm.
Dns virtutē plō suo dabit. dñs benedicet
plō suo in pace.

Exaltabo te dñe q̄m suscepisti me. ~ delec
tasti inimicos meos super me. Dne dn̄s
clamaui ad te. ~ sanasti me. Dne eduxis
ti ab inferno aīam meā. saluasti me ab
descendentibus in lacū. Psallite dño sc̄i ei
~ confitemini memorie sanctitatis ei. Quoniam ira in
indignatione ei. ~ vita in voluntate ei. Ad vesperum demorabitur fletus. ~ ad matutinum le
titia. Ego aūt dixi in abundātia mea. non
mouebor in etūm. Dne in voluntate tua.
prestitisti decori meo virtutē. Auertisti faciē
tuā a me. ~ factus sū conturbatus. Ad te dne

clamabo. ad dñm meū deprecabor. Que utilitas in sanguine meo: dum descendo in corrupționē. Nunquid confitebitur tibi pulvis aut annūtiabit veritatē tuā. Audivit dñs misericordiā meā: dñs factus est adiutor meus. Conversus planctū meū in gaudiū mihi: concidisti cilicium meū: circūdedisti me lętitia. Ut cantet tibi gla mea: nec compungar: dne deus meus in ętērnum confitebor tibi.

In te dne speraui non confundar in ętērnū: in iustitia tua libera me. Inclina aurē tuā ad me: accelera ut eruas me. Esto mihi in deum protectorē: et in domū refugii: ut salvum me facias. Quoniam fortitudo mea: et refugium meum es tu: propter nomen tuum deduces me: et enutries me. Educes me de laqueo hoc quem abscondērunt mihi: quoniam tu es protector meus. In manus tuas cōmendo spīm meū: redemisti me dne deus veritatis. Odisti observantes vanitates supervacue. Ego aut in dño speraui: exultabo et lętabor in misericordia tua. Quoniam respexisti humilitatem meā: salvasti de necessitatibus animā meā. Nec conclusisti me in manus inimici: statuisti in loco spacioso pedes meos. Miserere mei dne quoniam tribulor: conturbatus est in ira oculus meus: anima mea et venter meus. Quoniam defecit in dolore vita mea: et anni mei in gemitibus. Infirmata est in paupertate virtus mea: et ossa mea conturbata sunt. Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium vicinis meis valde: et timor notis meis. Qui videbant me foris fugerunt me: obliuioni datus sum tanquam mortuus a corde. Factus sum tanquam vas perditum: quia audiui vituperationem multorum habitantium in circuitu. In eo dum conuenirent simul adversum me: accipere animam meam consiliati sunt. Ego aut in te speraui dne: dixi tu es deus meus. In manibus tuis sortes mee. Eripe me de manu inimicorum meorum: et a persequentibus me. Illustra faciem tuam super seruum tuum: salvum me fac in misericordia tua dne: non confundar quoniam te invocaui. Erubescant impii: et deducantur in infernum: muta fiant labia dolosa. Que loquuntur adversus iustum iniquitatem in superbia: et in abusione. Quam magna multitudo dulcedinis tue dne. Quam abscondisti timentibus te. Perfecisti eis qui sperant in te: in conspectu filiorum hominum. Abscondes eos in abscondito faciei tue: a conturbatione hominum. Proteges eos in tabernaculo tuo: a contradictione linguarum. Benedictus dñs deus: quoniam mirificauit misericordiam suam mihi in ciuitate munita. Ego aut dixi in excessu meo: proiectus sum a conspectu oculorum tuorum. Ideo exaudisti orationem meam: dum clamarem ad te. Diligite dñm omnes sancti eius: quoniam veritatem requirit dns. Retribuet abundanter his qui operantur superbiam. Viriliter agite: et confortetur cor vestrum omnes qui speratis in dño.

Beati quorum remisse sunt iniquitates: et quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputauit dns peccatum: nec est in spu eius dolus. Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea: dum clamarem tota die. Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua: conuersus sum in ęrumna mea dum configitur spina. Delictum meum cognitum tibi feci: et iniustitiam meam non abscondi. Dixi confitebor adversum me iniustitiam meam dño: et tu remisisti impietatem peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis sanctus: tempore opportuno. Verumtamen in diluvio aquarum multarum ad eum non approximabunt. Tu es refugium meum a tribulatione que circumdedit me: exultatio mea erue me a circumdantibus me. Intellectum tibi dabo: et instruam te in via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos. Nolite fieri sicut equus et mulus quibus non est intellectus. In camo et freno maxillas eorum constringe qui non approximant ad te. Multa flagella peccatoris: sperantem autem in dño misericordia circumdabit. Lętamini in dño et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde. Exultate in dño et in deo ihu. xpo. Confitemini dño in cithara: in psalterio decem chordarum psallite illi. Cantate ei canticum nouum: bene psallite ei in vocibus. Quia rectum est verbum dni: et omnia opera eius in fide. Diligit misericordiam et iudicium: misericordia dni plena est terra. Verbo dni celi firmati sunt: et spu oris eius omnis virtus eorum. Congregans sicut in utre aquas maris: ponens in thesauris abyssos. Timeat dnm omnis terra: ab eo autem commoueantur omnes habitatores orbis. Quoniam ipse dixit et facta sunt: ipse mandauit et creata sunt. Dns dissipat consilia gentium: reprobat autem cogitationes populorum: reprobat autem consilium principum. Consilium autem dni manet in ętērnum: cogitationes cordis eius in generationem et generationem. Beata gens cuius est dns deus eius: populus quem elegit in hereditatem sibi. De celo prospexit dns: vidit omnes filios hominum. De preparato habitaculo suo: respexit super omnes qui habitant terram. Qui finxit singillatim corda eorum: et intelligit omnia opera eorum. Non salvatur rex per multam virtutem: et gigas non salvabitur in multitudine virtutis sue. Fallax equus ad salutem: in abundantia autem virtutis sue non salvabitur. Ecce oculi dni super metuentes eum: et in eis qui sperant super misericordia eius. Ut eruat a morte animas eorum: et alat eos in fame. Anima nostra sustinet dnm: quoniam adiutor et protector noster est. Quia in eo lętabitur cor nostrum: et in nomine sancto eius sperauimus. Fiat dne misericordia tua super nos quemadmodum sperauimus in te.

Benedicam dnm in omni tempore: semper laus eius in ore meo. In dño laudabitur anima mea: audiant mansueti et lętentur. Magnificate dnm mecum: et exaltemus nomen eius in idipsum. Exquisiui dnm et exaudiuit me: et ex

omib; tribulationib; meo eripuit me. Accessi
te ad eum & illuminamini. & facies uře nō
confundemur. Iste pauper clamauit & dñs exau
diuit eū. & de cunctis tribulationib; eius saluauit eū. In
mittet angelus dñi in circuitu timentiū eū. & eripiet eos. Gustate & uidete quā suauis est dñs.
beatus uir qui sperat in eo. timete dñm omes sci eius.
quoniam nō est inopia timentibus eum. Diuites egue
rint & esurierint. inquirentes aut dñm. nō minuen
tur omi bono. Venite filii audite me.
timorē dñi docebo uos. Quis est hō qui uult
uitā. cupit inde dies bonos. Prohibe lin
guam tuā a malo. & labia tua ne loquant
dolum. Declina a malo & fac bonū. inquire
pacē & persequere eam. Oculi dñi sup iustos.
& aures eius ad preces eorū. Vultus aut dñi sup
facientes mala. ut perdat de terra memoriā
eorū. Clamauerūt iusti & dñs exaudiuit eos.
& de omib; tribulationib; eorū liberauit eos. Iux
ta est dñs his qui tribulato sunt corde. & humiles
spū saluabit. Multe tribulationes iusto
rum & de omnib; his liberabit eos dñs. Custodit dñs
omnia ossa eorū. unum ex his non conteretur.
Mors peccatorum pessima. & qui oderūt iustū de
linquent. Redimet dñs animas seruorum suorum. & non
delinquent omes qui sperant in eo.

Iudica dñe nocentes me. expugna im
pugnantes me. Apprehende arma & scutum.
& exurge in adiutorium mihi. Effunde frameā
& conclude aduersus eos q̄ persequuntur me. dic aīe
meē salus tua ego sum. Confundant & re
uereantur q̄rentes aīam meā. Auertant retro
sum & confundantur. cogitantes mihi mala.
Fiant tanq̄ puluis ante faciē uenti. angelo
dñi coartante eos. Fiat uia eorū tenebre
& lubricū. angelo dñi p̄sequente eos. Quoniā gratis
absconderunt mihi interitū laqueū sui. supervacue
exprobrauerūt aīā meā. Veniat illis
laqueus quē ignorant. & captio quā absconderūt
apprehendat eos. in laqueū cadant ipsum. Anima
aut mea exultabit in dño. & delectabitur in
salutari suo. Omnia ossa mea dicent. dñe
quis similis tui. Eripiens mopē de manu fortio
ris eius. egenum & pauperē a diripientib; eum.
Surgentes testes iniqui q̄ ignorabant me
interrogabant me. Retribuebant mihi mala p
bonis. sterilitatē aīe meē. Ego aut cū mihi
molesti essent. induebar cilicio. humilia
bam in ieunio aīam meā. & oratio mea in
sinu meo conuertebatur. Ego aut sicut mihi mole
sta erat. incedebam. Quasi proximū & q̄si
fratrem nostrum sic placebam. aut lugens & q̄si
matre sic contristabar. Aduersū me lētati
sunt & congregati sunt. congregati sunt super me flage
lla & ignorabam. Dilacerati sunt & non
compūcti. tentauerunt me. subsannatione
subsannationes. Frenduerūt super me dentib; suis.

Dñe quando respicies. restitue aīam meā. a malig
nitatibus eorū. a leonibus unicā meā. Confitebor
tibi in ecclesia magna. in populo gravi laudabo te.
Non supergaudeant mihi qui adversantur mihi iniq̄
qui oderūt me gratis. & nutauerūt oculo. Quoniā
mihi quidē pacifice loquebantur. & in
tra terrā dolos cogitabant. Et dilatauerūt super me os suū.
dixerūt euge euge. uiderūt oculi mei. Vidisti dñe ne si
leas. ne discedas. me. Exurge intende
iudicio meo. deus meus & dñs meus in causā meā.
Iudica me dñe secundū iustitiā meā dñe deus meus.
& non supergaudeant mihi. Ne dicant in cordibus su
is. euge. euge aīe nīre. ne dicant deuorauimus
eum. Erubescant & reuereantur simul
qui gratulantur malis meis. Induantur confu
sione & reuerentia. qui magnificant loquun
tur super me. Exultent & letentur qui uolunt
iustitiā meā. & dicant semper magnificet dñs.
qui uult pacē serui sui. Et lingua mea me
ditabitur iustitiā tuā. tota die laudē tuā.

Dixit iniquus ut delinquat peccato. non
est timor dei ante oculos eius. Quoniā dolose egit
in conspectu eius. ut inueniatur iniquitas eius ad
odium. Verba oris eius iniquitas & dolus. no
luit intelligere. ut bene ageret. Iniqui
tatem meditatus est in cubilib; suis. astitit omni me
de bone. malitiā autē non odiuit. Dñe in
celo misericordia tua. & ueritas tua usq; ad nubes.
Iustitia tua sicut montes dei. iudicia tua
abyssus multa. Homines & iumenta saluabis
dñe. quemadmodū multiplicasti misericordiam tuam
deus. Filii aut hominū in tegmine alarū tuarū.
inebriabuntur abundantia domus tue. & torren
te uoluptatis tue potabis eos. Quoniā apud
te est fons uite. & in lumine tuo uidebimus
lumen. Protende misericordiam tuam scientibus te.
& iustitiam tuam his qui recto sunt corde. Non
ueniat mihi pes superbie. & manus peccatoris non
moueat me. Ibi ceciderūt qui operantur
iniquitatem. expulsi sunt nec potuerunt sta
re.

Noli emulari in malignantibus. nec zelaueris
facientes iniquitatem. Quoniam quasi fenum ue
locius arescent. & quemadmodum olera herbarum
cito cadent. Spera in dño & fac bonitatem. & habi
ta in terra & pascere in diuitiis eius. Dele
ctare in dño & dabit tibi petitiones cordis
tui. Reuela dño uiam tuam. & spera in eo & ipse
faciet. Et educet quasi lumen iustitiam tuā
& iudicium tuum tanq̄ meridiem. Subditus esto
dño & ora eum. Noli emulari eum qui pro
speratur in uia sua. in homine faciente iniqui
tates. Desine ab ira & dimitte furorem. noli
emulari ut malignemini. Quoniam qui ma
lignantur exterminabuntur. sustinentes autē
dñm ipsi hereditabunt terrā. Et adhuc pusil

lum ⁊ nō erit peccō. ⁊ erit locꝰ ei. ⁊ nō inuenie. Mansuetꝰ aūt hereditabūt trā. ⁊ delectabuntur in multitudine pacis. Obſeruabit peccō iustū. ⁊ dentes impiorū fremet super eum & infirmabitur. Dñs aūt irridebit eum. quia prouidet q̄ uenit dies ei. Gladiū euaginauerūt peccō. intenderūt arcū suū. ut deripiant pauperē ⁊ inopē. ut trucident rectos corde. Gladius eoꝝ intret in corda ipsoꝝ. ⁊ arcus eoꝝ confringatur. Melius est modicū iustō sup diuitias peccōꝝ multas. Quia brachia peccōꝝ conterentur. confirmat aūt iustos dñs. Nouit dñs dies immaculatoꝝ. ⁊ hereditas eoꝝ in eternū erit. Non confundentur in tempore malo. ⁊ in diebus fame saturabuntur. quia peccōres peribūt. Inimici dñi tanquā honorificentia saluoꝝ. ⁊ exaltati. deficientes q̄si fumꝰ deficient. Mutuabitur peccō. ⁊ nō soluet. iustꝰ aūt miseretur ⁊ tribuet. Quia benedicentes ei hereditabunt trā. maledicentes aūt ei disperibunt. A dño gressus hōis dirigentur. ⁊ uiā ei uolet. Cum ceciderit iustus nō collidetur. quia dñs supponit manū suā. Iuuenis fui. etenim senui. ⁊ nō uidi iustū derelictū. nec semen ei querens panē. Tota die misericordiā. ⁊ fenerat. ⁊ semen illius benedictione erit. Declina a malo. ⁊ fac bonū habita in terra in seculū seculi. Quia dñs amat iudicium. ⁊ nō derelinquet sanctos suos. Iniquitate puniētur. ⁊ semen impioꝝ perib. Iusti aūt hereditabunt terrā. ⁊ inhabitabūt in seculū seculi sup eam. Os iusti meditabit sapientiā. ⁊ lingua eius loquetur iudicium. Lex dī ei⁹ in corde ipsi. ⁊ nō supplantabūtur gressus eius. Considerat peccō iustꝰ. ⁊ quærit mortificare eum. Os iusti nō delinquet in manib⁹ eius. ⁊ nō supplantabūtur gressus eius. Custodit dñs omnia ossa eoꝝ. unū ex istis nō conteretur. Mors peccōrum pessima. ⁊ inimici iusti delebunt. Redimet dñs animas seruoꝝ suoꝝ. ⁊ nō delinquent omnes q̄ sperant in eo. Testis iniquus irridet iudicium. ⁊ os impiorum deuorabit iniquitates. Reuelauerunt impii super terram. ⁊ abundauerunt super eā peccō. ⁊ transibunt. ⁊ ecce nō erunt. quesiui eum. ⁊ nō inuenta est locꝰ eius. Custodi innocentiā. ⁊ uide equitatem. quia sunt reliquie uiro pacifico. Iniusti aūt disperibunt simul. reliquie impioꝝ interibunt. Salus aūt iustoꝝ a dño. ⁊ protector eoꝝ in tempore tribulationis. Et adiuuabit eos dñs. ⁊ liberabit eos. ⁊ eruet eos a peccōribus. ⁊ saluabit eos. quia sperauerunt in eo.

Domine ne in furore tuo arguas me. nec in ira tua corripias me. Quoniam sagittę tue infixę sunt mihi. ⁊ confirmasti sup me manū tuā. Non est sanitas in carne mea a facie ire tue. non est pax ossib⁹ meis a facie peccōrum meoꝝ. Quoniam iniquitates meę supergressę sunt caput meū. sicut onus graue grauate sunt super me. Putrierunt ⁊ corrupte sunt cicatrices meę a facie insipientie mee. Miser factus sum ⁊ curuatus sum usq̄ in finē. tota die contristatus ingrediebar. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionib⁹. ⁊ non est sanitas in carne mea. Afflictus sum ⁊ humiliatus sum nimis. rugiebam a gemitu cordis mei. Domine ante te omne desiderium meum. ⁊ gemitus meus a te non est absconditus. Cor meum conturbatum est. ⁊ dereliquit me fortitudo mea. ⁊ lumen oculoꝝ meoꝝ. ⁊ ipsum non est mecum. Amici mei. ⁊ proximi mei aduersum me appropinquauerunt. ⁊ steterunt. Et qui iuxta me erant de longe steterunt. ⁊ uim faciebant qui querebant animā meā. Et qui inquirebant mala mihi locuti sunt uanitates. ⁊ dolos tota die meditabantur. Ego autem tanq̄ surdus non audiebam. ⁊ sicut mutus non aperiens os suum. Et factus sum sicut homo non audiens. ⁊ non habens in ore suo redargutiones. Quoniam in te domine speraui. tu exaudies me dñe deus meus. Quia dixi ne quando supergaudeant inimici mei. ⁊ dum commouentur pedes mei super me magna locuti sunt. Quoniam ego in flagella paratus sum. ⁊ dolor meus in conspectu meo semper. Quoniam iniquitatem meam annunciabo. ⁊ cogitabo pro peccato meo. Inimici autem mei uiuunt ⁊ confortati sunt super me. multiplicati sunt qui oderunt me inique. Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi. quoniam sequebar bonitatem. Ne derelinquas me dñe deus meus. ne discesseris a me. Intende in adiutorium meum. dñe deus salutis mee.

Cō fratres ⁊ dñe. ysa. xx.

Dixi custodiam uias meas ut non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam. ⁊ obmutui & humiliatus sum. ⁊ silui a bonis. ⁊ dolor meus renouatus est. Concaluit cor meum intra me. ⁊ in meditatione mea exardescet ignis. Locutus sum in lingua mea. notum fac mihi dñe finem meum. ⁊ numerum dierum meoꝝ quis est. ut sciam quid desit mihi. Ecce mensurabiles posuisti dies meos. ⁊ substantia mea tanquam nichilum ante te. Verumtamen uniuersa uanitas omnis homo uiuens. Verumtamen in imagine pertransit homo. ⁊ frustra conturbatur. Thesaurizat ⁊ ignorat cui congregabit ea. Et nunc quid est expectatio mea nonne dñs. ⁊ substantia mea apud te est. Ab omnib⁹ iniquitatib⁹ meis eripe me. obprobrium insipienti dedisti me. Obmutui ⁊ non aperui os meum. quoniam tu fecisti

ille amove ame plagaꝫ tuaꝝ. A fortitudine
manꝰ tue. ego defeci in increpationib⁹ pp mᵗ
ne corripiaꝭ hoiē. E t tabescere me fecisti a
me consumptio hoiē. E t vanū ormē mei dñe. t dep
me ne tacueris. auris pop lacrimaꝝ meaꝝ. ne
sil⁹ eaꝝ. q̄m aduena ego sum apꝰ te. t pegrin
sicut oēs patres mei. R emitte mihi requiescam
priꝰ quam eā. t amplius nō ero.

E xpectans expectaui dñm. t intendit mihi.
E t audiuit preces meas. t eduxit me de lacu
miserie. t de luto fecis. E t statuit sup petrā pe
des meos. t direxit gressus meos. E t immisit
in os meū canticū nouū. carmē deo nr̄o. V ide
bunt multi. t timebunt. t sperabunt in dño.
B eatus uir cui⁹ est nomē dñs. spes eius
tua. t non respexit in vanitates. t insanias falsas. M ulta fe
cisti tu dñe deꝰ mr̄ mirabilia tua. t cogitatiōes
tue nō ē q̄s similis tibi. A nūciauī t locutus
sum. multiplicate sunt sup numerū.
S acrificiū t oblationē noluisti. aures aut
perfecisti mihi. H olocaustū t pro peccato nō postulasti.
tunc dixi ecce uenio. I n capite libri
scriptū ē de me. ut faciā uoluntatē tuā. deus meus
uolui. t legē tuā in medio cordis mei. A nūciauī iustitiā
tuā in ecclesia magna. ecce labia mea nō prohi
bebo dñe tu scisti. I ustitiā tuā non abscondi
in corde meo. ueritatē tuā. t salutare tuū dixi.
non abscondi misericordiā tuā. t ueritatē tuā. a consilio
multo. T u aut dñe ne longe facias miserationes tuas a me.
misericordia tua. t ueritas tua semp susceperunt me. Q uoniā circūdederūt me mala quoꝝ
non ē numer. apprehenderunt me iniquitates mee
t non potui ut uiderē. M ultiplicate sunt sup
capillos capitis mei. t cor meū dereliquit me.
C omplaceat tibi dñe ut eruas me. dñe ad adiuuandū me respice. C onfundant. t reuere
antur simul. q̄ querūt aīā meā. ut auferant eā.
C onuertantur retrorsū. t reuereantur. q̄ uolunt
mala mihi. A uertant confestim confundentes tuā. q̄
dicūt mihi euge euge. E xultent. t letentur
sup te oēs querentes te. t dicant sp magnificetur
dñs. qui diligūt salutare tuum. E go aut egen⁹ sum. t pauper. dñs sollicitus est mei.
A diutor meus. t protector meus es. deus mē ne
tardaueris.

B eatus qui intelligit sup egenū. t pauperē. in
die mala liberabit eum dñs. dñs conser
uet eum. t uiuificet eū. t beatū faciat eū in terra.
t non tradat eū in aīam inimicoꝝ eius. D ñs opē
ferat illi sup lectū doloris eius. uniuersū stratū
eius. uersasti in infirmitate eius. E go dixi dñe mi
serere mei. sana aīam meā quia peccauī tibi. I n
imici mei dixerūt mala mihi. q̄n morietur. t
peribit nomē eius. E t si ingrediebatur ut uide
ret uana loquebatur. cor eius congregauit iniquitatē sibi.
egrediebat foras. t loquebatur in idipsum mala
mihi. A duersum me susurrabant oēs inimici mei.
aduersum me cogitabant. V erbum iniquum statuerunt
aduersum me. numquid qui dormit non adiiciet ut resurgat. E t enim hō pacis mee in q̄ sperauī.
qui edebat panes meos. magnificauit aduersum
me supplantationē. T u aut dñe miserere mei.
et resuscita me. t retribuam eis. I n hoc cognoui
quoniam uoluisti me. quia non gaudebit inimicus meus
sup me. M e aut propter innocentiam suscepisti. t confirmasti me in conspectu tuo in eternū. B enedictus dñs
deus israhel. a seculo. t in seculum fiat fiat

Q uemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum. ita
desiderat aīa mea ad te deus. S itiuit aīa mea
ad deum fortē uiuū. quando ueniam. t apparebo ante
faciē dei. F uerunt mihi lacrime mee panes die ac
nocte. dum dicit mihi quotidie ubi est deus tuus. H ec
recordatus sum. t effudi in me aīam meā. quoniam transibo
in locum tabernaculi. admirabilis usq; ad domum
dei. I n uoce exultationis. t confessionis. sonus epulantis.
quare tristis es aīa mea. t quare conturbas me.
S pera in deo quoniam adhuc confitebor illi. salutare uultus
mei. deus meus. A d me ipsum aīa mea conturbata
est. propterea memor ero tui de terra iordanis.
t hermonim. a monte modico. A byssus abyssum inuocat. in uoce cataractarum tuarum. O mnia
excelsa tua. t fluctus tui super me transierunt. I n die
mandauit dñs misericordiam suam. t nocte canticum ei.
A pud me oratio deo uite mee. dicā deo susceptor
meus es. Q uare oblitus es mei. t quare contristatus
incedo. dum affligit me inimicus. D um confringūtur
ossa mea. exprobrauerūt mihi qui tribulant me
inimici mei. D um dicunt mihi per singulos dies. ubi
est deus tuus. Q uare tristis es aīa mea. t quare conturbas
me. S pera in deo quoniam adhuc confitebor illi. salutari
uultus mei. t deo meo.

I udica me deus. t discerne causam meam de gente
non sancta. ab homine iniquo. t dolioso eripe me. Q uia tu es deus fortitudo mea. quare me repulisti
t quare tristis incedo. dum affligit me inimicus.
Emitte lucem tuam. t ueritatem tuam. ipsa me deduxerunt. t adduxerunt in montem sanctum tuum. t in tabernacula tua. E t introibo ad altare dei. ad deum qui letificat iuuentutem meam. C onfitebor
tibi in cithara deus deus meus. quare tristis es aīa mea.
t quare conturbas me. S pera in deo quoniam adhuc confitebor illi. salutare uultus mei. t deo meo.

D eus auribus nr̄is audiuimus. patres nr̄i annun
tiauerunt nobis O pus quod operatus es in diebus eorum. in diebus antiquis. M anus tua gentes dissipauit. t plantasti eos. afflixisti populos. t expulisti eos. N on enim in gladio suo possiderunt terram. t brachium eorum non salutabit eos. S ed
dextera tua. t brachium tuum. t illuminatio uultus tui. quoniam complacuisti in eis. T u es ipse rex meus. t deus meus. qui mandas saluos fieri iacob.
In te inimicos nr̄os uentilabimus cornu. t in nomine tuo spernemus insurgentes. in nobis.





nom̄ tuū. qm̄ bonū ē ō̄n ꝓspectu scōꝝ tuoꝝ.

Ego dixi. ysa. xxxviii.

Dixi custodiam vias meas ut non delinquam in lingua mea. posui ori meo custodiam. cū consisteret peccator adversum me obmutui & humiliatus sum & silui a bonis. & dolor meus renovatus est. concaluit cor meum intra me. & in meditatione mea exardescet ignis. locutus sum in lingua mea. Notum fac mihi domine finem meum. & numerum dierum meorum quis est. ut sciam quid desit mihi. Ecce mensurabiles posuisti dies meos. & substantia mea tanquam nichilum ante te. Verumtamen universa vanitas omnis homo vivens. Vere in imagine pertransit homo. sed vane conturbatur. thesaurizat & ignorat cui congregabit ea. Et nunc quae est expectatio mea nonne dominus & substantia mea apud te est. Ab omnibus iniquitatibus meis eripe me. opprobrium insipienti dedisti me. obmutui & non aperui os meum quoniam tu fecisti. Remove a me plagas tuas. a fortitudine manus tuae ego defeci in increpationibus propter iniquitatem castigasti hominem. & tabescere fecisti sicut araneam animam eius. verumtamen vane conturbatur omnis homo vivens. Exaudi orationem meam domine & deprecationem meam auribus percipe lacrimam meam ne sileas. quoniam advena ego sum apud te & peregrinus sicut omnes patres mei. Remitte mihi ut refrigerer prius quam abeam & amplius non ero. Expectans expectavi dominum & intendit mihi. Et exaudivit preces meas. & eduxit me de lacu miseriae & de luto faecis. & statuit super petram pedes meos. & direxit gressus meos. Et immisit in os meum canticum novum carmen deo nostro. Videbunt multi & timebunt & sperabunt in domino. Beatus vir cuius est nomen domini spes eius. & non respexit in vanitates & insanias falsas. Multa fecisti tu domine deus meus mirabilia tua. & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi. Annuntiavi & locutus sum multiplicata sunt super numerum. Hostiam & oblationem noluisti aures autem perfecisti mihi. holocaustum & pro peccato non postulasti. Tunc dixi ecce venio in capite libri scriptum est de me. ut faciam voluntatem tuam deus meus volui & legem tuam in medio cordis mei. Annuntiavi iustitiam tuam in ecclesia magna. ecce labia mea non prohibebo domine tu scisti. Iustitiam tuam non abscondi in corde meo veritatem tuam & salutare tuum dixi. non occultavi misericordiam tuam & veritatem tuam a concilio multo. Tu autem domine ne longe facias miserationes tuas a me. misericordia tua & veritas tua semper susceperunt me. quoniam circumdederunt me mala quorum non est numerus. comprehenderunt me iniquitates meae & non potui ut viderem. multiplicatae sunt super capillos capitis mei & cor meum dereliquit me. Complaceat tibi domine ut eruas me. domine ad adiuvandum me respice. Confundantur & revereantur simul qui quaerunt animam meam ut auferant eam. Avertantur retrorsum & erubescant qui cupiunt mihi mala. Fiat statim confusione sua qui dicunt mihi euge euge. Exultent & laetentur super te omnes qui quaerunt te. & dicant semper magnificetur dominus qui diligunt salutare tuum. Ego autem egenus & pauper sum dominus sollicitus est mei. Adiutor meus & protector meus tu es deus meus ne tardaveris. Memento mei quia tu fecisti me. & formasti me. Quid est homo quia magnificas eum aut apponis erga eum cor tuum. Visitas eum diluculo. & subito probas illum. Usquequo non parcis mihi nec dimittis me ut glutiam salivam meam. Peccavi quid faciam tibi o custos hominum. quare posuisti me contrarium tibi. & factus sum mihimet ipsi gravis. Quare non tollis peccatum meum & quare non auferis iniquitatem meam. Ecce nunc in pulvere dormio & si mane me quaesieris non subsistam. Miserere mihi domine quoniam infirmus sum. sana me domine quoniam conturbata sunt ossa mea. & anima mea turbata est valde. Et tu domine usquequo. Convertere domine & eripe animam meam. salvum me fac propter misericordiam tuam. Quoniam non est in morte qui memor sit tui. in inferno autem quis confitebitur tibi. Laboravi in gemitu meo lavabo per singulas noctes lectum meum. lacrimis meis stratum meum rigabo. Turbatus est a furore oculus meus inveteravi inter omnes inimicos meos. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem quoniam exaudivit dominus vocem fletus mei. exaudivit dominus deprecationem meam. dominus orationem meam suscepit. Erubescant & conturbentur vehementer omnes inimici mei convertantur & erubescant valde velociter. Domine deus meus in te speravi salvum me fac. Ne quando rapiat ut leo animam meam dum est redimens & non est qui redimat neque qui salvum faciat. Domine deus meus si feci istud si est iniquitas in manibus meis. si retribui retribuentibus mihi mala decidam merito ab inimicis meis inanis. Persequatur inimicus animam meam & comprehendat & conculcet in terra vitam meam & gloriam meam in pulvere deducat. Exurge domine in ira tua & exaltare in finibus inimicorum meorum. & exurge domine deus meus in praecepto quod mandasti & synagoga populorum circumdabit te & propter hanc in altum regredere. Dominus judicat populos. Judica me domine secundum justitiam meam & secundum innocentiam meam super me. Consumetur nequitia peccatorum & diriges justum scrutans corda & renes deus. Justum adjutorium meum a domino qui salvos facit rectos corde. Deus judex justus fortis & patiens numquid irascitur per singulos dies. Nisi conversi fueritis gladium suum vibrabit. arcum suum tetendit & paravit illum. Et in eo paravit vasa mortis sagittas suas ardentibus effecit. Ecce parturiit injustitiam concepit dolorem & peperit iniquitatem. Lacum aperuit & effodit eum & incidit in foveam quam fecit. Convertetur dolor eius in verticem eius & in cerebrum eius iniquitas eius descendet. Confitebor domino secundum justitiam eius & psallam nomini domini altissimi. Domine dominus noster quam admirabile est nomen tuum in universa terra quoniam elevatur magnificentia tua super caelos. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos ut destruas inimicum & ultorem. Quoniam videbo caelos tuos opera digitorum tuorum lunam & stellas quae tu fundasti. Quid est homo quod memor es eius aut filius hominis quoniam visitas eum. Minuisti eum paulo minus ab angelis gloria & honore coronasti eum & constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subjecisti sub pedibus eius oves & boves universas insuper & pecora campi. Volucres caeli & pisces maris qui perambulant semitas maris. Domine dominus noster quam admirabile est nomen tuum in universa terra. Confitebor tibi domine in toto corde meo narrabo omnia mirabilia tua. Laetabor & exultabo in te psallam nomini tuo altissime. In convertendo inimicum meum retrorsum infirmabuntur & peribunt a facie tua. Quoniam fecisti judicium meum & causam meam sedes qui judicas justitiam. Increpasti gentes & periit impius nomen eorum delesti in aeternum & in saeculum saeculi. Inimici defecerunt frameae in finem & civitates earum destruxisti. Periit memoria eorum cum sonitu & dominus in aeternum permanet. Paravit in judicio sedem suum & ipse judicabit orbem terrarum in aequitatibus. Judicabit populos in justitia. Et factus est dominus refugium pauperi adjutor in opportunitatibus in tribulatione. Et sperent in te qui noverunt nomen tuum quoniam non derelinquis quaerentes te domine. Psallite domino qui habitat in Sion annuntiate inter gentes studia eius. Quoniam requirens sanguinem eorum recordatus est. Non est oblitus clamorem pauperum. Miserere mihi domine vide humilitatem meam de inimicis meis. Qui exaltas me de portis mortis. ut annuntiem omnes laudationes tuas in portis filiae Sion exultabo in salutari tuo. Infixi sunt gentes in interitu quem fecerunt. in laqueo isto quem absconderunt comprehensus est pes eorum. Manifestus est dominus judicia faciens. In operibus manuum suarum comprehensus est peccator. Convertantur peccatores in infernum omnes gentes quae obliviscuntur deum. Quoniam non in finem oblivio erit pauperis patientia pauperum non peribit in finem. Exurge domine non confortetur homo judicentur gentes in conspectu tuo. Constitue domine legislatorem super eos ut sciant gentes quoniam homines sunt. Ut quid domine recessisti longe despicis in opportunitatibus in tribulatione. Dum superbit impius incenditur pauper. comprehendantur in consiliis quibus cogitant. Quoniam laudatur peccator in desideriis animae suae & iniquus benedicitur. Exacerbavit dominum peccator secundum multitudinem irae suae non quaeret. Non est deus in conspectu eius inquinatae sunt viae illius in omni tempore. Auferuntur judicia tua a facie eius omnium inimicorum suorum dominabitur. Dixit enim in corde suo non movebor a generatione in generationem sine malo. Cuius maledicto os plenum est & amaritudine & dolo sub lingua eius labor & dolor. Sedet in insidiis cum divitibus in occultis ut interficiat innocentem. Oculi eius in pauperem respiciunt. Insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua. Insidiatur ut rapiat pauperem rapere pauperem dum attrahit eum. In laqueo suo humiliabit eum incurvabitur & cadet cum dominatus fuerit pauperum. Dixit enim in corde suo oblivisctur deus avertit faciem suam ne videat in finem. Exurge domine deus exaltetur manus tua ne obliviscaris pauperum. Propter quid irritavit impius deum dixit enim in corde suo non requiret. Videbis quoniam tu labor & dolorem considerabis ut tradas eos in manus tuas. Tibi derelictus est pauper orphano tu eris adjutor. Contere brachium peccatoris & malignus quaeretur peccatum eius & non invenietur. Dominus regnabit in aeternum & in saeculum saeculi peribitis gentes de terra illius. Desiderium pauperum exaudivit dominus praeparationem cordis eorum audivit auris tua. Judicare pupillo & humili ut non apponat ultra magnificare homo super terram. In domino confido quomodo dicitis animae meae transmigra in montem sicut passer. Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum paraverunt sagittas suas in pharetra ut sagittent in obscuro rectos corde. Quoniam quae perfecisti destruxerunt justus autem quid fecit. Dominus in templo sancto suo dominus in caelo sedes eius. Oculi eius in pauperem respiciunt palpebrae eius interrogant filios hominum. Dominus interrogat justum & impium qui autem diligit iniquitatem odit animam suam. Pluet super peccatores laqueos ignis & sulphur & spiritus procellarum pars calicis eorum. Quoniam justus dominus & justitias dilexit aequitatem vidit vultus eius. Salvum me fac domine quoniam defecit sanctus quoniam diminutae sunt veritates a filiis hominum. Vana locuti sunt unusquisque ad proximum suum labia dolosa in corde & corde locuti sunt. Disperdat dominus universa labia dolosa linguam magniloquam. Qui dixerunt linguam nostram magnificabimus labia nostra a nobis sunt quis noster dominus est. Propter miseriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam dicit dominus. Ponam in salutari fiducialiter agam in illo. Eloquia domini eloquia casta argentum igne examinatum probatum terrae purgatum septuplum. Tu domine servabis nos & custodies nos a generatione hac in aeternum. In circuitu impii ambulant secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum. Usquequo domine oblivisceris me in finem usquequo avertis faciem tuam a me. Quamdiu ponam consilia in anima mea dolorem in corde meo per diem. Usquequo exaltabitur inimicus meus super me respice & exaudi me domine deus meus illumina oculos meos ne unquam obdormiam in morte. Nequando dicat inimicus meus praevalui adversus eum qui tribulant me exultabunt si motus fuero. Ego autem in misericordia tua speravi exultabit cor meum in salutari tuo cantabo domino qui bona tribuit mihi & psallam nomini domini altissimi. Dixit insipiens in corde suo non est deus. Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in studiis suis non est qui faciat bonum non est usque ad unum. Dominus de caelo prospexit super filios hominum ut videat si est intelligens aut requirens deum. Omnes declinaverunt simul inutiles facti sunt non est qui faciat bonum non est usque ad unum. Nonne scient omnes qui operantur iniquitatem qui devorant plebem meam ut escam panis. Deum non invocaverunt illic trepidaverunt timore ubi non erat timor. Quoniam dominus dissipavit ossa eorum qui hominibus placent confusi sunt quoniam dominus spernit eos. Quis dabit ex sion salutare filii israel. cum averterit dominus captivitatem plebis suae exultabit jacob. et laetabitur isr.

Domine in tribulatione mea clamavi ad te & exaudisti me. Domine eripe animam meam a labiis iniquis & a lingua dolosa. Quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam. Sagittae potentis acutae cum carbonibus desolatoriis. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est habitavi cum habitantibus cedar multum incola fuit anima mea. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus. cum loquebar illis impugnabant me gratis. Adjutorium meum a domino qui fecit caelum & terram. Non det in commotionem pedem tuum neque dormitet qui custodit te. Ecce non dormitabit neque dormiet qui custodit israel. Dominus custodit te dominus protectio tua super manum dexteram tuam. Per diem sol non uret te neque luna per noctem. Dominus custodit te ab omni malo custodiat animam tuam dominus. Dominus custodiat introitum tuum & exitum tuum ex hoc nunc & usque in saeculum. Laetatus sum in his quae dicta sunt mihi in domum domini ibimus. Stantes erant pedes nostri in atriis tuis hierusalem. Hierusalem quae aedificatur ut civitas cuius participatio eius in idipsum. Illuc enim ascenderunt tribus tribus domini testimonium israel ad confitendum nomini domini. Quoniam sederunt sedes in judicio sedes super domum david. Rogate quae ad pacem sunt hierusalem & abundantia diligentibus te. Fiat pax in virtute tua & abundantia in turribus tuis. Propter fratres meos & proximos meos loquebar pacem de te. Propter domum domini dei nostri quaesivi bona tibi. Ad te levavi oculos meos qui habitas in caelis. Ecce sicut oculi servorum in manibus dominorum suorum. Sicut oculi ancillae in manibus dominae suae ita oculi nostri ad dominum deum nostrum donec misereatur nostri. Miserere nobis domine miserere nobis quia multum repleti sumus despectione. Quia multum repleta est anima nostra opprobrium abundantibus & despectio superbis. Nisi quia dominus erat in nobis dicat nunc israel. Nisi quia dominus erat in nobis cum exurgerent homines in nos. Forte vivos deglutissent nos cum irasceretur furor eorum in nos. Forsitan aqua absorbuisset nos torrens pertransisset animam nostram. Forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem. Benedictus dominus qui non dedit nos in captionem dentibus eorum. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. Laqueus contritus est & nos liberati sumus. Adjutorium nostrum in nomine domini qui fecit caelum & terram. Qui confidunt in domino sicut mons sion non commovebitur in aeternum qui habitat in hierusalem. Montes in circuitu eius & dominus in circuitu populi sui ex hoc nunc & usque in saeculum. Quoniam non relinquet dominus virgam peccatorum super sortem justorum. Ut non extendant justi manus suas ad iniquitatem. Benefac domine bonis & rectis corde. Declinantes autem in obligationes adducet dominus cum operantibus iniquitatem pax super israel.

ẽ meam. V eritamen dñe ostende gr̃am
nimiam sup̃ me. tu ẽ eripuisti p̃ambula
tiũ inobedientie. D ne d' evbalsan ꝑ me.
dium inp̃sentiarũ. V t mentiantur
pr̃ me inq̃unie. lingua tenti mea
tr̃ inimicũ ei⁹. V niverum meũ tu
es deꝰ. ne discedas ꝑ me. deꝰ meꝰ
ad adiuuandũ me. V ereant et
vereantur ꝓpter. qui querũt ꝓ
P uertere ꝓpter. qui volũt mihi mala
confundant. I n
dextera tua. deꝰ ꝑ formasti me. I
beramen adolescentiã. mihi ꝗ exultet
P ropter vita tua dabis gr̃am. ꝓpter. tuã
ꝓpter neptalim. M anda de virtute tua
firma deꝰ hoc. q̃ operat es in nob̃. A
templo tuo in hierl. offerent tibi reges munera. I
ncrepa feras harundinis. congregatio taurorũ
in vaccis populi. ut excludant eos. q̃ p
bant sibi argẽtũ. D issipa gẽtes. que bella uo
lunt. venient legati ex egypto. ethiopia
preueniet manꝰ eius deo. R egna terre cã
tate deo. psallite dño. P sallite deo qui a
scendit sup celũ celi. ad orientẽ. E ce da
bit uoci sue. uocẽ virtutis. date gl̃am deo
super israel magnificentia eius. et virtus eius
in nubibꝫ. M irabilis deꝰ in sanctis suis. deꝰ israel
ipe dabit virtutẽ. et fortitudinẽ plebi su
e benedictus deꝰ. Exultent cõ meũ in dñm. et ꝓ.

PSALMVS

Alua me deꝰ. quoniã intrauerũt
aq̃. usq; ad aiã meã. I
nfixus sum in limo profundi
et non ẽ substãtia. V eni in altitu
dines maris. et tempestas
demersit me. L aboraui
clamans rauce facte sunt fauces mee. de
fecerũt oculi mei dum spero in deũ meũ. M
ultiplicati sunt sup capillos capitis mei. qui
oderunt me gratis. C onfortati sunt q̃
persequuntur me. inimici mei iniuste. que
ad rapui tunc exolueb̃. D eus tu scis insi
pientiã meã. et delicta mea ate nõ sint
abscondita. N on erubescant. time q̃ exs
pectant te dñe. deus uirtutum. N on confundã
tur super me. q̃ querunt te deus israel. Q uo
niam propter te sustinui opprobriũ. operuit confusio faciẽ meã.
E xtraneus factus sum fratribꝰ meis. et peregri
nus filiis matris mee. Q uoniam zelus domus tue comedit
me. et opprobria exprobrantiũ tibi cecide
runt sup me. E t operui in ieiunio animã meã. et
factũ ẽ in opprobriũ mihi. E t posui uestimen
tum meũ cilicium. et factus sum illis in parabolam.
Aduersum me qui sedebant in porta. et
psallebant qui bibebant uinum. E go uero
orationem meã ad te dñe. tp̃e beneplaciti deꝰ
In multitudine misericordie tue exaudi me. in
ueritate salutis tue. E ripe me de luto ut nõ infi
gar. libera me ab hiis qui oderũt me. et de profundis
aquarum. ne me demergat tempestas aque. nec
absorbeat me profundum. nec urgeat sup me puteꝰ
os suum. E xaudi me dñe quoniam benigna ẽ mi
sericordia tua. secundum multitudinem miserationum tuarum respice in
me. et ne auertas faciem tuã a puero tuo. quoniam tri
bulor. velociter exaudi me. I ntende aie mee
et redime eã. propter inimicos meos eripe me. T u
nosti improperiũ meũ. et confusionem meã. et reuerentiã
meã. I n conspectu tuo sunt omnes qui tribulant
me. improperium exspectauit cor meum. et miseriã.
E t sustinui qui simul contristaret̃ non fuit. et
qui consolaret̃ non inueni. E t dederunt
in escam meam fel. et in sitim meam potauerunt me aceto.
F iat mensa eorum coram ipsis in laqueum. et in retribu
tiones. et in scandalum. O bscurentur oculi eo
rum ne uideant. et dorsum eorum semper incurua. E f
funde super eos iram tuam. furor ire tue comprehendat eos. F iat habitatio eorum deserta. et
in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet. Q uoniam
quem tu percussisti persecuti sunt. et super interfectos
meos addiderunt. A pone iniquitatem super iniquitatem eorum. et non intrent in iustitiam tuã. D elea
antur de libro uiuentium. et cum iustis non scribantur.
ego sum pauper et dolens. salus tua deus suscep
tor me. L audabo nomen dei mei cum cantico.
et magnificabo eum in laude. E t placebit deo
super uitulum nouellum. cornua producentem et un
gulas. V idete mansueti. et letentur. quoniam inqui
rite deum. et uiuet anima uestra. Q uoniam exaudiuit pauperem
dñs. et uinctos suos non despexit. L audent illum celi et terra. mare et omnia reptilia eius.
Q uoniam deus saluam faciet sion. et edificabuntur
ciuitates iude. E t inhabitabunt ibi. et hereditate acquirent eam. E t semen seruorum eius possi
debit eam. et qui diligunt nomen eius habitabunt
in eo.

DEVS

Adiutorium meum intende. dñe ad ad
iuuandum me festina. C onfundantur
et reuereantur. q̃ querunt animã meã. A vertantur retrorsum et erubescant qui uolunt mihi mala.
A uertantur statim erubescentes qui dicunt mihi euge euge. E xultent et letentur in te omnes qui querunt te. et dicant sẽp magnificetur deus. qui diligunt salutare tuum. E go
uero egen⁹ et pauper sum. deus adiuua me. A diutor meus et liberator meus es tu. dñe ne mo
ras. [illegible]
In te dñe speraui non confundar
in eternum. in iustitia tua libera me et eripe
me. I nclina aurem tuam ad me et saluum
me fac. E sto mihi in deum protectorem et in locum mu
nitum. ut saluum me facias. Q uoniam firmamen
tum meum. et refugium meum es tu. D eus meus
eripe me de manu peccatoris. et manu
legis contrarie et iniqui. Q uoniam tu es patien
cia mea dñe. dñe spes mea ab adolescentia mea.

Inte confirmat sum cor meū: & ab ore meo
non exeat vanū. Inte amauit anīa mea:
propterea non deficiet misericordia tua a me. Repleatur cor meū laude: ut cantē gloriā tuā: tota die magnificentiā tuā. Ne proicias me in tempore senectutis: cū defecerit virtus mea ne derelinquas me. Quia dixerunt inimici mei mihi: & qui custodiebant āiam meā: cōsilio inito sunt in unū. Deus dereliquit eū: persequimini & comprehendite eū: quia non est qui liberet. Deus ne elongeris a me: Deus meus in auxiliū meū respice. Confundantur & deficiant detrahentes āie mee: operiant confusione & pudore qui quærunt mala mihi. Ego autē semper sperabo: & adiciam super omnē laudē tuā.

Os meū annuntiabit iustitiā tuā: tota die salutare tuū. Quoniā non cognoui litteraturā: introibo in potentias dñi: dñe memorabor iustitie tue solius. Deus docuisti me a iuuentute mea: & usq; nunc: pnūtiabo mirabilia tua. Et usq; in senectem & senium: deus ne derelinquas me. Donec annuntiē brāchium tuū: generationi omni que uentura est. Potentiā tuā & iustitiā tuā: usq; altissima quā fecisti magnalia. Deus quis similis tibi. Quanta ostendisti mihi tribulationes multas & malas: & conuersus uiuificasti me: & de abyssis terre iterum reduxisti me. Multiplicasti magnificentiā tuā: & conuersus consolatus es me. Nam & ego confitebor tibi in uasis psalmi ueritatē tuā deus: psallam tibi in cithara sc̄e israel. Exultabunt labia mea cum cantauero tibi: & anīa mea quā redemisti. Sed & lingua mea tota meditabitur iustitiā tuā: cum confusi & reuerentes fuerint qui quærunt mala mihi.

Deus iudicium tuū regi da: & iustitiā tuā filio regis. Iudicare populū tuū in iustitia: & pauperes tuos in iudicio. Suscipiant montes pacē populo: & colles iustitiā. Iudicabit pauperes populi: & saluos faciet filios pauperū: & humiliabit calumniatorem. Et permanebit cū sole: & ante lunā generationē & generationē. Descendet sicut pluuia in uellus: & sicut stillicidia stillantia super terrā. Orietur in diebus eius iustitia: & abundantia pacis donec auferatur luna. Et dominabit a mari usq; ad mare: a flumine usq; ad terminos orbis terrarum. Coram illo procident ethiopes: inimici eius terrā lingent. Reges tharsis & insule munera offerent: reges arabū & saba dona adducent. Et adorabunt eum omnes reges terre: omnes gentes seruient ei. Quia liberabit pauperē a potente: & pauperē cui non erat adiutor. Parcet pauperi & inopi: & animas pauperum saluas faciet. Ex usuris & iniquitate redimet animas eorum: & honorabile nomen eorum coram illo. Et uiuet: & dabitur ei de auro arabie: & adorabunt de ipso semper tota die benedicent ei. Et erit firmamentum in terra in summis montium: super extollentur sicut libanus fructus eius. Florebunt de ciuitate sicut fenum terre. Sit nomen eius benedictum in secula: ante solem permanet nomen eius. Et benedicent in ipso omnes tribus terre: omnes gentes magnificabunt eum. Benedictus dominus deus israel: qui facit mirabilia sola. Et benedictum nomen maiestatis eius in eternum: & replebitur maiestate eius omnis terra. Fiat fiat.

Defecerunt orationes dauid filii iesse. Quoniam ipse est uere dominus meus & deus meus: & adorabunt scabellum pedum eius quoniam sanctum est. Non ascendam in tabernaculum domus mee: non adibo cubile lectī mei. Non dabo somnum oculis meis: & palpebris meis dormitationem. Et requiem temporibus meis donec inueniam locum domino: tabernaculum deo iacob. Ecce audiuimus eum in effrata: inuenimus eum in campis silue. Introibimus in tabernaculum eius: adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius. Exurge domine in requiem tuam: tu & arca sanctificationis tue. Sacerdotes tui induantur iustitiam: & sancti tui exultent. Propter dauid seruum tuum: non auertas faciem christi tui. Iurauit dominus dauid ueritatem & non frustrabitur eam: de fructu uentris tui ponam super sedem tuam. Si custodierint filii tui testamentum meum & testimonia mea hec que docebo eos: & filii eorum usque in seculum sedebunt super sedem tuam. Quoniam elegit dominus sion: elegit eam in habitationem sibi. Hec requies mea in seculum seculi: hic habitabo quoniam elegi eam. Uiduam eius benedicens benedicam: pauperes eius saturabo panibus. Sacerdotes eius induam salutari: & sancti eius exultatione exultabunt. Illuc producam cornu dauid: paraui lucernam christo meo. Inimicos eius induam confusione: super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.

Ecce quam bonum & quam iocundum habitare fratres in unum. Sicut unguentum in capite: quod descendit in barbam barbam aaron. Quod descendit in oram uestimenti eius: sicut ros hermon qui descendit in montem sion. Quoniam illuc mandauit dominus benedictionem: & uitam usque in seculum. Ecce nunc benedicite dominum omnes serui domini: qui statis in domo domini in atriis domus dei nostri. In noctibus extollite manus uestras in sancta: & benedicite dominum. Benedicat te dominus ex sion: qui fecit celum & terram. Laudate nomen domini: laudate pueri dominum. Qui statis in domo domini: in atriis domus dei nostri. In hierusalem. Laudate dominum quoniam bonus est dominus: psallite nomini eius quoniam suauis est. Omnia quecumque uoluit dominus fecit in celo & in terra: in mari & in omnibus abyssis. Educens nubes ab extremo terre: fulgura in pluuiam fecit. Qui producit uentos de thesauris suis. Qui percussit primogenita egipti: ab homine usque ad pecus. Et misit signa & prodigia in medio tui egipte: in pharaonem & in omnes seruos eius. Qui percussit gentes multas: & occidit reges fortes. Seon regem amorreorum: & og regem basan & omnia regna chanaan. Et dedit terram eorum hereditatem: hereditatem israel populo suo. Dñe nomen tuum in eternum: dñe memoriale tuum in generationem & generationem. Quia iudicabit dominus populum suum: & in seruis suis deprecabitur. Simulacra gentium argentum & aurum: opera manuum hominum. Os habent & non loquentur: oculos habent & non uidebunt. Aures habent & non audient: nares habent & non odorabunt. Manus habent & non palpabunt: pedes habent & non ambulabunt. Non clamabunt in gutture eorum: similes illis fiant qui faciunt ea & omnes qui confidunt in eis. Domus israel benedicite dominum: domus aaron benedicite dominum. Domus leui benedicite dominum: qui timetis dominum benedicite dominum. Benedictus dominus ex sion: qui habitat hierusalem. Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Confitemini deo celi: quoniam in seculum misericordia eius. Confitemini domino dominorum: quoniam in seculum misericordia eius. Qui facit mirabilia magna solus: quoniam in seculum misericordia eius. Qui fecit celos in intellectu: quoniam in seculum misericordia eius. Qui firmauit terram super aquas: quoniam in seculum misericordia eius. Qui fecit luminaria magna: quoniam in seculum misericordia eius. Solem in potestatem diei: quoniam in seculum misericordia eius. Lunam & stellas in potestatem noctis: quoniam in seculum misericordia eius. Qui percussit egiptum cum primogenitis eorum: quoniam in seculum misericordia eius. Et eduxit israel de medio eorum: quoniam in seculum misericordia eius. In manu potenti & brachio excelso: quoniam in seculum misericordia eius. Qui diuisit mare rubrum in diuisiones eius: quoniam in seculum misericordia eius. Et traduxit israel per medium eius: quoniam in seculum misericordia eius. Et excussit pharaonem & uirtutem eius in mari rubro: quoniam in seculum misericordia eius. Qui traduxit populum suum per desertum: quoniam in seculum misericordia eius. Qui percussit reges magnos: quoniam in seculum misericordia eius. Et occidit reges fortes: quoniam in seculum misericordia eius. Sehon regem amorreorum: quoniam in seculum misericordia eius. Et og regem basan: quoniam in seculum misericordia eius. Et dedit terram eorum hereditatem: quoniam in seculum misericordia eius. Hereditatem israel seruo suo: quoniam in seculum misericordia eius. Quia in humilitate nostra dominus recordatus est nostri: quoniam in seculum misericordia eius. Et redemit nos ab inimicis nostris: quoniam in seculum misericordia eius. Qui dat escam omni carni: quoniam in seculum misericordia eius. Confitemini deo celi: quoniam in seculum misericordia eius. Confitemini domino dominorum: quoniam in seculum misericordia eius.

Super flumina babylonis illic sedimus & flauimus: cum recordaremur tui sion. In salicibus in medio eius: suspendimus organa nostra. Quia illic interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt nos: uerba cantionum. Et qui abduxerunt nos: uerba carminum cantate nobis de canticis sion. Quomodo cantabimus canticum domini: in terra aliena. Si obliuiscar tui hierusalem: oblitus sit dexter mea. Adhereat lingua mea faucibus meis: si non meminero tui. Si non proposuero hierusalem: in principio leticie mee. Memor esto dñe filiorum edom: in die hierusalem. Qui dicunt exinanite exinanite: usque ad fundamentum in ea. Filia babylonis misera: beatus qui retribuet tibi retributionem tuam quam retribuisti nobis. Beatus qui tenebit & allidet parvulos tuos ad petram.

Dñe probasti me & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam & resurrectionem meam. Intellexisti cogitationes meas de longe: semitam meam & funiculum meum inuestigasti. Et omnes uias meas prouidisti: quia non est sermo in lingua mea. Ecce dñe tu cognouisti omnia nouissima & antiqua: tu formasti me & posuisti super me manum tuam. Mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est & non potero ad eam. Quo ibo a spū tuo: & quo a facie tua fugiam. Si ascendero in celum tu illic es: si descendero in infernum ades. Si sumpsero pennas meas diluculo: & habitauero in extremis maris. Etenim illuc manus tua deducet me: & tenebit me dextera tua. Et dixi forsitan tenebre conculcabunt me: & nox illuminatio mea in deliciis meis. Quia tenebre non obscurabuntur a te: & nox sicut dies illuminabitur. Sicut tenebre eius ita & lumen eius: quia possedisti renes meos. Suscepisti me de utero matris mee: confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es. Mirabilia opera tua: & anima mea cognoscit nimis. Non est occultatum os meum a te: quod fecisti in occulto. Et substantia mea in inferioribus terre. Imperfectum meum uiderunt oculi tui: & in libro tuo omnes scribentur. Dies formabuntur: & nemo in eis. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Dinumerabo eos & super arenam multiplicabuntur: exurrexi & adhuc sum tecum. Si occideris deus peccatores: uiri sanguinum declinate a me. Qui dicitis in cogitatione: accipient in uanitate ciuitates tue. Nonne qui oderunt te dñe odio habebam illos: & super inimicos tuos tabescebam. Perfecto odio oderam illos: inimici facti sunt mihi. Proba me deus & scito cor meum: interroga me & cognosce semitas meas. Et uide si uia iniquitatis in me est: & deduc me in uia eterna.

Eripe me dñe ab homine malo: a uiro iniquo eripe me. Qui cogitauerunt malitias in corde: tota die constituebant prelia. Acuerunt linguas suas sicut serpentes: uenenum aspidum sub labiis eorum. Custodi me dñe de manu peccatoris: & ab hominibus iniquis eripe me. Qui cogitauerunt supplantare gressus meos: absconderunt superbi laqueum mihi. Et funes extenderunt in laqueum pedibus meis: iuxta iter scandalum posuerunt mihi. Dixi dño deus meus es tu: exaudi dñe uocem orationis mee. Domine dñe uirtus salutis mee: obumbrasti super caput meum in die belli. Ne tradas me dñe a desiderio meo peccatori: cogitauerunt contra me ne derelinquas me ne forte exaltentur. Caput circuitus eorum: labor labiorum ipsorum operiet eos. Cadent super eos carbones in ignem: in miserias non subsistent. Uir linguosus non dirigetur in terra: uirum iniquum mala capient in interitu. Cognoui quia faciet dominus iudicium inopis: & uindictam pauperum. Uerumtamen iusti confitebuntur nomini tuo: & habitabunt recti cum uultu tuo.

Clamaui ad te dñe exaudi me: intende uoci orationis mee cum clamauero ad te. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: elevatio manuum mearum sacrificium uespertinum. Pone dñe custodiam ori meo: & ostium circumstantie labiis meis. Non declines cor meum in uerba malitie: ad excusandas excusationes in peccatis. Cum hominibus operantibus iniquitatem: & non communicabo cum electis eorum. Corripiet me iustus in misericordia & increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum: absorpte sunt iuncte petre eorum. Audient eloquia mea quoniam potuerunt: sicut crassitudo terre erupta est super terram. Dissipata sunt ossa nostra secus infernum: quia ad te dñe dñe oculi mei. In te speraui non auferas animam meam: a laqueo quem statuerunt mihi & a scandalis operantium iniquitatem. Cadent in reticulo eius peccatores: singulariter ego sum donec transeam.

Voce mea ad dominum clamaui: voce mea ad dominum deprecatus sum. Effundo in conspectu eius orationem meam: & tribulationem meam ante ipsum pronuntio. In deficiendo ex me spiritum meum: & tu cognouisti semitas meas. In uia hac qua ambulabam absconderunt laqueum mihi: considerabam ad dexteram & uidebam & non erat qui cognosceret me. Perit fuga a me: & non est qui requirat animam meam. Clamaui ad te dñe dixi tu es spes mea: portio mea in terra uiuentium. Intende ad deprecationem meam: quia humiliatus sum nimis. Libera me a persequentibus me: quia confortati sunt super me. Educ de custodia animam meam: ad confitendum nomini tuo. Me expectant iusti donec retribuas mihi: quia confitebor nomini tuo.

Exaudi dñe orationem meam: auribus percipe obsecrationem meam in ueritate tua exaudi me in iustitia tua. Et non intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Quia persecutus est inimicus anīam meam: humiliauit in terra uitam meam. Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi: & anxiatus est super me spiritus meus in me turbatum est cor meum. Memor fui dierum antiquorum: meditatus sum in omnibus operibus tuis. In factis manuum tuarum meditabar: expandi manus meas ad te. Anīa mea sicut terra sine aqua tibi: uelociter exaudi me dñe. Defecit spiritus meus: ne auertas faciem tuam a me. Et similis ero descendentibus in lacum: auditam fac mihi mane misericordiam tuam. Quia in te speraui: notam fac mihi uiam in qua ambulem. Quia ad te leuaui anīam meam: eripe me de inimicis meis dñe ad te confugi. Doce me facere uoluntatem tuam: quia deus meus es tu. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum dñe uiuificabis me in equitate tua. Educes de tribulatione anīam meam: & in misericordia tua disperdes inimicos meos. Et perdes omnes qui tribulant anīam meam: quoniam ego seruus tuus sum.

Benedictus dominus deus meus qui docet manus meas ad prelium: & digitos meos ad bellum. Misericordia mea & refugium meum susceptor meus & liberator meus. Protector meus & in eo speraui: qui subdit populum meum sub me. Domine quid est homo quod innotescis ei: aut filius hominis quia reputas eum. Homo uanitati similis factus est: dies eius sicut umbra pertranseunt. Domine inclina celos tuos & descende: tange montes & fumigabunt. Fulgura coruscationem & dissipabis eos: emitte sagittas tuas & conturbabis eos. Emitte manum tuam de alto: eripe me & libera me de aquis multis. De manu filiorum alienorum: quorum os locutum est uanitatem & dextera eorum dextera iniquitatis. Deus canticum nouum cantabo tibi: in psalterio decem cordarum psallam tibi. Qui das saluationem regibus: qui redimis dauid famulum tuum de malo gladio. Eripe me & erue me de manu filiorum alienorum: quorum os locutum est uanitatem & dextera eorum dextera iniquitatis. Quorum filii sicut nouelle plantationes: in iuuentute sua. Filie eorum compositę circumornatę: ut similitudo templi. Cellaria eorum plena eructantia ex hoc in illud: oues eorum fetose abundantes in egressibus suis. Boues eorum crassi: non est ruina maceriarum neque transitus. Non est clamor in plateis eorum: beatum dixerunt populum cui hec sunt. Beatus populus cuius dominus deus eius.

Exaltabo te deus meus rex: & benedicam nomini tuo in seculum & in seculum seculi. Per singulos dies benedicam tibi: & laudabo nomen tuum in seculum & in seculum seculi. Magnus dominus & laudabilis nimis: & magnitudinis eius non est finis. Generatio & generatio laudabit opera tua: & potentiam tuam pronuntiabunt. Magnificentiam gloriae sanctitatis tue loquentur: & mirabilia tua narrabunt. Et uirtutem terribilium tuorum dicent: & magnificentiam tuam narrabunt. Memoriam abundantie suauitatis tue eructabunt: & iustitia tua exultabunt. Miserator & misericors dominus: patiens & multum misericors. Suauis dominus uniuersis: & miserationes eius super omnia opera eius. Confiteantur tibi dñe omnia opera tua: & sancti tui benedicant tibi. Gloriam regni tui dicent: & potentiam tuam loquentur. Ut notum faciant filiis hominum potentiam tuam: & gloriam magnificentie regni tui. Regnum tuum regnum omnium seculorum: & dominatio tua in omni generatione & generationem. Fidelis dominus in omnibus uerbis suis: & sanctus in omnibus operibus suis. Allevat dominus omnes qui corruunt: & erigit omnes elisos. Oculi omnium in te sperant dñe: & tu das escam illorum in tempore opportuno. Aperis tu manum tuam: & imples omne animal benedictione. Iustus dominus in omnibus uiis suis: & sanctus in omnibus operibus suis. Prope est dominus omnibus invocantibus eum: omnibus invocantibus eum in ueritate. Uoluntatem timentium se faciet: & deprecationem eorum exaudiet & saluos faciet eos. Custodit dominus omnes diligentes se: & omnes peccatores disperdet. Laudationem domini loquetur os meum: & benedicat omnis caro nomini sancto eius in seculum & in seculum seculi.

Lauda anīa mea dominum: laudabo dominum in uita mea. Psallam deo meo quamdiu fuero: nolite confidere in principibus in filiis hominum in quibus non est salus. Exibit spiritus eius & reuertetur in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Beatus cuius deus iacob adiutor eius: spes eius in domino deo ipsius. Qui fecit celum & terram mare & omnia que in eis sunt: qui custodit ueritatem in seculum. Qui facit iudicium iniuriam patientibus: qui dat escam esurientibus. Dominus soluit compedentes: dominus illuminat cecos. Dominus erigit elisos: dominus diligit iustos. Dominus custodit aduenas pupillum & uiduam suscipiet: & uias peccatorum disperdet. Regnabit dominus deus tuus sion: in generationem & generationem. Laudate dominum quoniam bonus est psallite deo nostro quoniam suauis est: decora est laudatio. Edificans hierusalem dominus: dispersiones israel congregabit. Qui sanat contritos corde: & alligat contritiones eorum. Qui numerat multitudinem stellarum: & omnibus eis nomina uocat. Magnus dominus noster & magna uirtus: & sapientie eius non est numerus. Suscipiens mansuetos dominus: humilians autem peccatores usque in terram. Exordite domino in confessione: psallite deo nostro in cithara. Qui operit celum nubibus: & parat terre pluuiam. Qui producit in montibus fenum: & herbam seruituti hominum. Qui dat iumentis escam ipsorum: & pullis corui inuocantibus eum. Non in fortitudine equi uoluntatem habebit: nec in tibiis uiri beneplacitum erit ei. Beneplacitum est dño super timentes eum: & in eis qui sperant super misericordia eius. Lauda hierusalem dominum: lauda deum tuum sion. Quoniam confortauit seras portarum tuarum: benedixit filiis tuis in te. Qui posuit fines tuos pacem: & adipe frumenti satiat te. Qui emittit eloquium suum terre: uelociter currit sermo eius. Qui dat niuem sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit. Mittit crystallum suam sicut buccellas: ante faciem frigoris eius quis sustinebit. Emittet uerbum suum & liquefaciet ea: flabit spiritus eius & fluent aque. Qui annuntiat uerbum suum iacob: iustitias & iudicia sua israel. Non fecit taliter omni nationi: & iudicia sua non manifestauit eis. Laudate dominum de celis: laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes uirtutes eius. Laudate eum sol & luna: laudate eum omnes stelle & lumen. Laudate eum celi celorum: & aque omnes que super celos sunt. Laudent nomen domini: quia ipse dixit & facta sunt. Ipse mandauit & creata sunt: statuit ea in eternum & in seculum seculi. Precepit & non preteribit: laudate dominum de terra. Dracones & omnes abyssi: ignis grando nix glacies spiritus procellarum. Que faciunt uerbum eius montes & omnes colles: ligna fructifera & omnes cedri. Bestie & uniuersa pecora: serpentes & uolucres pennate. Reges terre & uniuersi populi: principes & omnes iudices terre. Iuuenes & uirgines: senes cum iunioribus laudent nomen domini. Quia exaltatum est nomen eius solius: confessio eius super celum & terram. Et exaltauit cornu populi sui: hymnus omnibus sanctis eius filiis israel populo appropinquanti sibi. Alleluia.

Cantate domino canticum nouum: laus eius in ecclesia sanctorum. Letetur israel in eo qui fecit eum: & filii sion exultent in rege suo. Laudent nomen eius in choro: in tympano & psalterio psallant ei. Quia beneplacitum est domino in populo suo: & exaltabit mansuetos in salutem. Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis. Exaltationes dei in gutture eorum: & gladii ancipites in manibus eorum. Ad faciendam uindictam in nationibus: increpationes in populis. Ad alligandos reges eorum in compedibus: & nobiles eorum in manicis ferreis. Ut faciant in eis iudicium conscriptum: gloria hec est omnibus sanctis eius. Alleluia.

Laudate dominum in sanctis eius: laudate eum in firmamento uirtutis eius. Laudate eum in uirtutibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius. Laudate eum in sono tube: laudate eum in psalterio & cithara. Laudate eum in timpano & choro: laudate eum in cordis & organo. Laudate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis. Omnis spiritus laudet dominum: alleluia.

ei mirabilia. miscuit & aquas & congelauit eas.
Inebriauit ignem fluminis eius. misit pallium
tabernaculi noie eius. Dixit in corde suo cog-
nationes eorum simul. que extorsere fenerato
festine ei aiam. Signa nra non uidimus. iam
e ppha. nec qs nouit amplius. Vsq
de mpabit inimicus. ut irritet aduersarius no
in nouissimo. ut quid auertis manu tuã
& dexteram tuã. de medio sinu tuo in finem.
Deus autem rex noster ante secula. operatus est salutem in
medio terre. Tu obstruxisti in furore tuo mare
ymbulasti capita draconis. Tu confregisti
capita draconis. dedisti eum escam populis ethyopum.
Tu erupisti fontes & torrentes. tu siccasti
fluuios ethan. Tuus est dies. & tua est nox.
tu fabricatus es auroram & solem. Tu fecisti
omnes fines terre. estatem & uer tu plasmasti eum.
Memor esto huius inimicus dominus. populus i
nsipiens nominauit nomen tuum. Ne tradas be-
stiis animas confitentes tibi. & animas pauperum tuo-
rum ne obliuiscaris in finem. Respice in testamen-
tum tuum. quia repleti sunt qui obscurati sunt ex
terre domibus iniquitatum. Ne auertatur humi-
lis factus confusus. pauper & inopes laudabunt nomen
tuum. Exurge deus iudica causam tuam. memor
esto improperii tuorum. que ab insipiente tota
die. Ne obliuiscaris uocem petentium
a te. superbia eorum qui te oderunt ascendit
semper.

Confitebimur tibi deus confitebimur
& inuocabimus nomen tuum. Narrabimus mirabilia tua.
cum accepero tps ego iustitias iudicabo. Li-
quefacta est terra. & omnes habitantes eam. ego confirma-
ui columpnas eius. Dixi iniquis nolite inique age-
re. & delinquentibus nolite exaltare cornu.
Nolite extollere in altum cornu uestrum. nolite loqui
aduersus deum iniquitatem. Quia neq; ab oriente
neq; a occidente neq; a montibus. quoniam deus iudex est. Hunc
humiliat & hunc exaltat. quia calix in manu
dni uini merum plenum mixto. & inclinauit ex hoc in hoc.
uerumtamen fex eius non est exinanita. bibent omnes peccatores terre. Ego annun-
tabo in seculum. cantabo deo iacob. & omnia cor-
nua peccatorum confringam. & exaltabuntur cor-
nua iusti.

Notus in iudea deus. in israel magnum nomen eius.
Et factus est in pace locus eius. & habitatio eius in
sion. Ibi confregit potentias. arcum scutum gladium &
bellum. Illuminans tu mirabilior a montibus
eternis. turbati sunt omnes insipientes corde.
Dormierunt somnum suum. & nichil inuenerunt omnes uiri
diuitiarum in manibus suis. Ab increpatione tua
deus iacob. dormitauerunt qui ascenderunt equos.
Tu terribilis es. & quis resistet tibi. ex tunc ira
tua. De celo auditum fecisti iudicium. terra tre-
uit & quieuit. Cum exurgeret in iudi-
cium deus. ut saluos faceret omnes mites
terre. confessio tua homo & reliquie cogitationis diem festum agent tibi. Vouete & reddite
deo uestro omnes qui in circuitu eius afferte mu-
nera. Terribili & ei qui auferet spiritum principum.
horribili apud omnes reges terre.

Voce mea ad dominum clamaui. voce mea ad dominum
deprecatus sum. In die tribulationis mee deum
exquisiui manibus meis. nocte coram eum. & non
sum deceptus. Renuit consolari anima mea. memor
fui dei & delectatus sum. & exercitabar. & defecit spi-
ritus meus. Anticipauerunt uigilie oculi mei. turbatus
sum & non sum locutus. Cogitaui dies antiquos.
& annos eternos in mente habui. & meditatus sum nocte cum corde meo. & exercitabar
& scopebam spiritum meum. Numquid in eternum proiciet
deus aut non apponet ut complacitum sit ei
adhuc. Aut in finem misericordiam suam abscindet a gene-
ratione in generationem. Aut obliuiscetur miseri deus
aut continebit in ira sua misericordias suas. Et dixi nunc cepi hoc mutatio dextere excelsi. Memor
fui operum domini. quia memor ero ab initio mira-
bilia tua. Et meditabor in omnibus operibus
tuis. & in adinuentionibus tuis exercebor. Deus
in sancto uia tua. quis deus magnus sicut deus noster
tu es deus qui facis mirabilia. Notum fecisti in
populis uirtutem tuam. redemisti in brachio tuo
populum tuum. filios iacob & ioseph. Vidit
te aque deus. uidit te aque & timuerunt. & turba-
bantur sine. abyssi. Multitudo sonum aquarum
dederunt nubes. Etenim sagitte tue transi-
erunt. uox tonitrui tui in rota. Illuxerunt
coruscationes tue orbi terre. mota & con-
mota est terra. In mari uia tua & semite tue
in aquis multis. Et uestigia tua non cognos-
centur. Deduxisti sicut oues populum tuum.
in manu moysi & aaron.

Attendite populus meus legem meam. inclinate
aurem uestram in uerba oris mei. Aperiam in para-
bolis os meum. loquar propositiones ab initio
antiquas. Quanta audiuimus & cognouimus ea. & patres
nostri narrauerunt nobis. Non sunt occultata a
filiis eorum. in generatione altera. Narrantes laudes
dni & uirtutes eius. & mirabilia eius que
fecit. Et suscitauit testimonium in iacob.
& legem posuit in israel. Quantas mandauit
patribus nris notas facere filiis suis. ut
cognoscat generatio altera. filii qui nascentur
& exurgent. & narrabunt filiis suis. Et
ponant in deo spem suam. & non obliuiscantur
operum dei. & mandata eius exquirant. Ne
sicut patres eorum. generatio prua & exacer-
bans. Generatio que non direxit cor suum. & non
creditus est cum deo spiritus eius. Et non creditum intenderet
sagittarum arcu. conuersi sunt die belli.
Non custodierunt testamentum dei sui. & in lege eius no-
luerunt ambulare. Et obliti sunt benefi-
cia eius. & mirabilia eius que ostendit eis

Cæcinit. Exod. xv.



men mañ dñi. Cor meū ⁊ caro mea: exulta
uerūt in deū uiuū. Etenim passer inuenit
⁊ turtur nidū ubi reponat pullos suos. Al
taria tua dñe uirtutū. rex meus ⁊ deus meus. Be
ati qui habitant in domo tua dñe: in sęcła sęcło
rū laudabunt te. Beatus uir cui est auxiliū ab te
ascensiones in corde suo disposuit in ualle la
crimarū in loco quē posuit. Etenim benedic
tionē dabit legislator: ibunt de uirtute in
uirtutē uidebitur deus deorū in sion. Domine
exaudi orationē meā: auribus percipe deus iacob.
Protector noster aspice deus: ⁊ respice in faciem
christi tui. Quia melior est dies una in atriis tuis
super milia. Elegi abiectus esse in domo dei mei
magis ⁊ habitare in tabernaculis peccatorū. Quia
misericordiā ⁊ ueritatē dilexit deus: gratiam ⁊ glo
riam dabit dñs. Non priuabit bonis eos qui ambulant
in innocentia: dñe uirtutū beatus homo qui sperat
in te. Benedixisti dñe terrā tuā: auertisti
captiuitatē iacob. Remisisti omnē iniquitatē
plebis tuę: operuisti omnia peccata eorū. Mitigasti
omnē indignationē tuā: auertisti ab ira indignationis tuę.
Conuerte nos deus salutaris noster: ⁊ auerte iram tuā a nobis.
Numquid in eternum irasceris nobis aut extendes iram
tuā a generatione in generationē. Deus tu conuersus uiuificabis
nos: ⁊ plebs tua lętabitur in te. Ostende nobis dñe misericordiā
tuā: ⁊ salutare tuū da nobis. Audiam quid loquatur in me dñs deus: quoniam
pacem in plebem suā. Et super sanctos suos ⁊ eos qui
convertuntur ad cor. Verumtamen prope timentes eum
salutare ipsius: ut inhabitet gloria in terra nostra.
Misericordia ⁊ ueritas obuiauerunt sibi: iustitia ⁊ pax osculate
sunt. Veritas de terra orta est: ⁊ iustitia de cęlo prospexit.
Etenim dabit dominus benignitatem: ⁊ terra nostra dabit fructum suum. Iustitia ante eum ambulabit
⁊ ponet in uia gressus suos.

Inclina dñe aurem tuam ⁊ exaudi me: quoniam
inops ⁊ pauper sum ego. Custodi animam meam quoniam sanctus
sum: saluum fac seruum tuum. Deus meus sperantem
in te. Miserere mihi dñe quoniam ad te clamabo
tota die. Letifica animam serui tui: quoniam ad te dñe
animam meam leuabo. Quoniam tu dñe suauis ⁊ mitis
multe misericordie omnibus inuocantibus te. Auribus
percipe dñe orationem meam. Et intende uocem deprecationis mee. In die tribulationis mee clamabo
ad te: quia exaudisti me. Non est similis tui in
deis dñe: ⁊ non est secundum opera tua. Omnes gentes quascumque fecisti uenient ⁊ adorabunt coram te dñe.
⁊ glorificabunt nomen tuum. Quoniam magnus es tu
⁊ faciens mirabilia tu es solus deus. Dirige me
dñe in uia tua: ⁊ ingrediar in ueritate tua. Letetur
cor meum ut timeat nomen tuum. Confitebor
tibi dñe deus meus in toto corde meo: ⁊ glorificabo
nomen tuum in eternum. Quia misericordia tua magna est
super me: ⁊ eruisti animam meam ex inferno inferiori.
Deus iniqui insurrexerunt super me: ⁊ synagoga
potentium quesierunt animam meam: ⁊ non proposuerunt
te in conspectu suo. Et tu dñe deus miserator ⁊

⁊ misericors: patiens ⁊ multum misericors ⁊ uerax.
Respice in me ⁊ miserere mei: da imperium puero
tuo: ⁊ saluum fac filium ancille tue. Fac mecum
signum in bonum. ut uideant qui oderunt
me ⁊ confundantur: quoniam tu dñe adiuuisti
me: ⁊ consolatus es me.

Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit dominus
Existimante aut populo & cogitantib; omni-
bus in cordibus suis de iohanne ne forte ipe sit
christus. respondit iohannes dicens omnib;. Ego quidem baptizo uos
aqua. uenient fortior me post me cui
non sum dignus corrigiam calciamenti
eius. ipe uos baptizabit in spu sco & igni. Cuius
ventilabrum in manu eius. & purgabit aream
suam & congregabit triticum in horreum suum. Paleas
aut comburet igni inextinguibili. Multa quidem
& alia exortans euangelizabat populo. Herodes
aut tetrarcha cum argueretur ab illo de herodia
de uxore fratris sui. & de omnib; malis que
fecit herodes. adiecit & hoc sup omnia. & clu-
sit iohannem in carcere. Factum est aut cum baptizare
tur omnis populus. & ihs baptizatus. & orante a
perto est celum. Et descendit spūs scs corpo-
rali specie sicut columba in ipm. Et uox de ce-
lo facta est. Tu es filius meus dilectus. in te complacui
mihi. Et ipe ihs erat incipiens quasi annorum
triginta. ut putabatur filius ioseph. qui fuit he
li. qui fuit mathath. qui fuit leui. qui fuit
melchi. qui fuit ianne. qui fuit ioseph. qui fuit mathathie
qui fuit amos. qui fuit naum. qui fuit hes
li. qui fuit naggee. qui fuit maath. qui fuit
mathathie. qui fuit semei. qui fuit ioseph.
qui fuit iuda. qui fuit iohanna. qui fuit reſa. qui
fuit zorobabel. qui fuit salathiel. qui fuit neri.
qui fuit melchi. qui fuit addi. qui fuit cosam. qui fuit
elmadā. qui fuit her. qui fuit ihu. qui fuit eliezer. qui
fuit iorim. qui fuit matthat. qui fuit leui.
fuit symeon. qui fuit iude. qui fuit ioseph. qui fuit
ionam. qui fuit eliachī. qui fuit melee. qui fuit me
na. qui fuit mathatha. qui fuit nathan. qui fuit dd.
qui fuit iesse. qui fuit obeth. qui fuit booz. qui fuit sal
mō. qui fuit naasson. qui fuit amminadab. qui fuit ami.
qui fuit aram. qui fuit phares. qui fuit iude. qui fuit ia
cob. qui fuit ysaac. qui fuit abrahā. qui fuit thare. qui
fuit nachor. qui fuit seruch. qui fuit ragau. qui
fuit phalech. qui fuit heber. qui fuit sale. qui fuit cainā
qui fuit arphaxath. qui fuit sem. qui fuit noe. qui fuit
lamech. qui fuit mathusale. qui fuit enoch. qui

g fuit melchy

LVCAE 5

stende te ydeon. offer p emundone tua sic
precepit moyses. testimoniu illis. Ingrediebat
autem iesus in ciuitatem. et transibat per
naim. Et ecce mortuus efferebat. filius unicus
matris sue. et hec vidua erat. Et turba ciuitatis
multa cum illa. Quam cum vidisset dominus
misericordia motus super eam. dixit illi. Ne
fleueris. Et accessit. et tetigit loculum. Hi
autem qui portabant. steterunt. Et ait. Adolescens
tibi dico. surge. Et resedit qui erat mortuus.
et cepit loqui. Et dedit illum matri sue. Accepit
autem timor omnes. et magnificabant deum
dicentes. Quia propheta magnus surrexit in
nobis. et quia deus visitauit plebem suam.
Et exiit hic sermo in uniuersam iudeam de eo.
et in omnem circa regionem. Et nunciauerunt
iohanni discipuli eius de omnibus istis. Et
conuocauit duos quosdam de discipulis suis
iohannes. et misit ad ihesum dicens. Tu es qui
venturus es. an alium exspectamus. Cum
autem venissent ad illum viri dixerunt. Iohannes
baptista misit nos ad te dicens. Tu es qui
venturus es. an alium exspectamus. In illa
autem hora multos curauit a languoribus et
plagis et spiritibus malis. et cecis multis donauit
uidere. Et respondens ihesus dixit illis. Euntes
renunciate iohanni que audistis et uidistis.
Quia ceci uident. claudi ambulant. leprosi
mundantur. surdi audiunt. mortui resurgunt.
pauperes euangelizantur. Et beatus est quicumque
non fuerit scandalizatus in me. Cum autem
hi abissent cepit dicere ad turbas de iohanne.
Quid existis in desertum uidere. arundinem
uento agitatam. Sed quid existis uidere. hominem
mollibus uestimentis uestitum. Ecce qui
mollibus uestiuntur. in domibus regum sunt.
Sed quid existis uidere. prophetam. Etiam
dico uobis. et plus quam prophetam. Hic est
enim de quo scriptum est. Ecce ego mitto angelum
meum ante faciem tuam. qui preparabit
uiam tuam ante te. Amen dico uobis. non surrexit
inter natos mulierum maior iohanne baptista.
Qui autem minor est in regno dei. maior est illo.
Et omnis populus audiens et publicani iustificauerunt
deum. baptizati baptismo iohannis.
Legisperiti autem consilium dei spreuerunt in
semetipsos. non baptizati ab eo. Cui ergo
assimilabo homines generationis huius. et cui
similes sunt. Similes sunt pueris sedentibus in
foro. et loquentibus ad inuicem. et dicentibus.
Cecinimus uobis tibia. et non saltastis. lamentauimus
et non planxistis. Venit enim iohannes
baptista. non manducans panem. neque bibens
uinum. et dicitis. Demonium habet. Venit filius
hominis manducans et bibens. et dicitis. Ecce
homo uorax et potator uini. amicus publicanorum
et peccatorum. Et iustificata est sapientia
a filiis suis omnibus. Rogabat autem illum quidam
de pharisaeis ut manducaret cum illo. Et
ingressus domum pharisaei discubuit. Et ecce
mulier que erat in ciuitate peccatrix. ut cognouit
quod accubuisset in domo pharisaei. attulit
alabastrum unguenti. Et stans retro secus pedes
eius lacrimis coepit rigare pedes eius. et capillis
capitis sui tergebat. et osculabatur pedes eius.
et unguento unguebat. Quod cum uidisset pharisaeus
qui uocauerat eum. ait intra se dicens.
Hic si esset propheta. sciret utique quae et qualis
mulier quae tangit eum. quia peccatrix est.
Et respondens ihesus dixit ad illum. Simon habeo
tibi aliquid dicere. At ille ait. Magister dic.
Duo debitores erant cuidam feneratori. unus
debebat denarios quingentos. et alius quinquaginta.
Non habentibus illis unde redderent
utrisque donauit. Quis ergo eum plus diligit.
Respondens simon dixit. Aestimo quia is cui plus
donauit. Et ille dixit ei. Recte iudicasti. Et conuersus
ad mulierem dixit simoni. Uides hanc
mulierem. Intraui in domum tuam. aquam pedibus
meis non dedisti. haec autem lacrimis rigauit
pedes meos. et capillis suis tersit. Osculum
mihi non dedisti. haec autem ex quo intraui non
cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum
non unxisti. haec autem unguento unxit pedes
meos. Propter quod dico tibi. remittuntur peccata
multa. quoniam dilexit multum. Cui autem
minus dimittitur minus diligit. Dixit autem ad
illam. Remittuntur tibi peccata. Et coeperunt
qui simul accumbebant dicere intra se. Quis
est hic qui etiam peccata dimittit. Dixit autem
ad mulierem. Fides tua te saluam fecit. Vade
in pace. Et factum est deinceps. et ipse iter faciebat
per ciuitates et castella praedicans et euangelizans
regnum dei. et duodecim cum illo. et
mulieres quaedam quae erant curatae a spiritibus
malignis et infirmitatibus. Maria quae uocatur
magdalene de qua septem daemonia exierant.
et Iohanna uxor chuzae procuratoris herodis.
et susanna et aliae multae quae ministrabant
eis de facultatibus suis. Cum autem turba plurima
conueniret. et de ciuitatibus properarent
ad eum dixit per similitudinem. Exiit qui seminat
semen suum. Et dum seminat. quaedam
cecidit secus uiam. et conculcata est. et uolucres
caeli comederunt illud. Et aliud cecidit supra
petram. et natum aruit. quia non habebat humorem.
Et aliud cecidit inter spinas. et simul
exortae spinae suffocauerunt illud. Et aliud cecidit
in terram bonam. et ortum fecit fructum
centuplum. Haec dicens clamabat. Qui habet
aures audiendi audiat. Interrogabant autem eum
discipuli eius quae haec parabola esset. Quibus
ille dixit. Uobis datum est nosse mysterium regni
dei. ceteris autem in parabolis. ut uidentes non
uideant. et audientes non intelligant. Est autem
haec parabola. Semen est uerbum dei. Qui autem
secus uiam sunt hi sunt qui audiunt. deinde
uenit diabolus et tollit uerbum de corde eorum.
ne credentes salui fiant. Nam qui supra petram
qui cum audierint cum gaudio suscipiunt uerbum.
et hi radicem non habent. qui ad tempus credunt.
et in tempore tentationis recedunt. Quod
autem in spinas cecidit hi sunt qui audierunt.
et a sollicitudinibus et diuitiis et uoluptatibus
uitae euntes suffocantur. et non referunt fructum.
Quod autem in bonam terram hi sunt qui
in corde bono et optimo audientes uerbum retinent
et fructum afferunt in patientia. Nemo
autem lucernam accendens operit eam uase aut
subtus lectum ponit. sed ponit eam super candelabrum.
ut intrantes uideant lumen. Non est
enim occultum quod non manifestetur. neque
absconditum quod non cognoscatur et in palam
ueniat. Uidete ergo quomodo audiatis. Qui enim
habuerit dabitur illi. et quicumque non habuerit.
etiam quod putat se habere auferetur ab eo.
Uenerunt autem ad illum mater et fratres eius.
et non poterant adire eum prae turba. Et nunciatum
est illi. Mater tua et fratres tui stant foris
uolentes te uidere. Qui respondens dixit ad eos.
Mater mea et fratres mei hi sunt qui uerbum dei
audiunt et faciunt. Die autem quadam erat
ihesus in nauicula cum discipulis suis. et dixit
ad illos. Transeamus trans stagnum. Et ascenderunt.
Et nauigantibus illis dormiuit. Et
descendit procella uenti in stagnum. et complebantur
et periclitabantur. Accedentes autem
suscitauerunt eum dicentes. Praeceptor praeceptor
perimus. Qui cum surrexisset increpauit uentum
et tempestatem aquae. et cessauerunt. et facta
est tranquillitas. Dixit autem eis. Ubi est fides
uestra. Timentes autem admirati sunt dicentes
ad inuicem. Quis putas hic est. quia et uentis
imperat et mari. et obaudiunt ei. Et navigauerunt
in regionem gerasenorum. quae est contra
galilaeam. Et egresso eo in terram. obuiauit ei
quidam uir qui habebat daemonia iam temporibus
multis. et uestimento non induebatur. et
in domo non manebat. sed in monumentis. Hic
cum uidisset iesum. et exclamasset. procidit ante
illum. et uoce magna dixit. Quid mihi et tibi
est ihesu fili dei altissimi. Deprecor te ne me
torqueas. Praecipiebat enim spiritui immundo
ut exiret ab homine. Multis enim temporibus
arripiebat illum. et uinciebatur catenis et compedibus
custoditus. et rumpebat uincula. et
agebatur a daemonio in deserta. Interrogauit autem
illum ihesus dicens. Quid tibi nomen est.
Qui dixit. Legio. quia intrauerant daemonia multa
in eum. Et rogabant eum ne imperaret illis
ut in abyssum ire iuberet. Erat autem ibi grex
porcorum magnus pascentium in monte. Et rogabant
eum daemones ut permitteret illis in illos
intrare. Et permisit eis. Et exierunt daemonia
a homine. et intrauerunt in porcos. Et impetu
abiit grex per praeceps in stagnum. et suffocatus
est. Quod cum uidissent qui pascebant
fugerunt. et nunciauerunt in ciuitatem et in
uillas. Et exierunt uidere quod factum est. et
uenerunt ad ihesum. et inuenerunt sedentem
hominem a quo daemonia exierant. uestitum et
sanae mentis. et timuerunt. Et narrauerunt illis
qui uiderant quomodo factum esset. et quomodo
sanatus esset a legione. Et rogauit eum omnis
multitudo regionis gerasenorum ut discederet
ab eis. quia timore magno pressi erant. Ipse
autem ascendens nauem reuertebatur. Rogabat
autem eum uir a quo daemonia exierant. ut cum
illo esset. Dimisit autem eum dicens. Reuertere
in domum tuam. et narra quanta fecit tibi deus.
Et abiit per uniuersam ciuitatem praedicans
quanta fecit illi ihesus. Et factum est cum reuerteretur
ihesus. excepit eum turba. erant enim
omnes exspectantes eum. Et ecce uenit homo
cui nomen iairus. et hic archisynagogus erat.
et cecidit ad pedes ihesu. rogabat eum ut intraret
in domum eius. quia filia unica erat ei
quasi annorum duodecim. et haec moriebatur.
Et factum est dum iret turbae comprimebant
eum. Et mulier quae erat in fluxu sanguinis
duodecim annis. quae in medicos erogauerat
omnem substantiam suam. et a nullo potuit curari.
accessit retro. et tetigit fimbriam uestimenti
eius. et continuo stetit fluxus sanguinis eius.
Et dixit ihesus. Quis est qui tetigit me. Negantibus
autem omnibus dixit petrus. et qui cum
eo erant. praeceptor turbae te comprimunt et
affligunt. et dicis quis tetigit me. Ait ihesus.
Tetigit me aliquis. Ego enim cognoui uirtutem
de me exisse. Uidens autem mulier quia non
latuit. tremens uenit. et procidit ante pedes eius.
et ante omnem populum. Et causam qua tetigerat
eum. et quemadmodum continuo sanata
esset. Ipse autem dixit ei. Filia fides tua te saluam
fecit. Uade in pace. Adhuc eo loquente
uenit quidam ad archisynagogum dicens. Quia
mortua est filia tua. noli amplius uexare magistrum.
Ihesus autem audito uerbo respondit
patri puellae. Noli timere. tantum fide. et
saluabitur. Et cum uenisset domum non intrauit
neminem secum introire. nisi petrum et iacobum
et iohannem. et patrem et matrem puellae.
Flebant autem omnes et plangebant eam. Ipse
autem dixit. Nolite flere. non enim mortua est
puella. sed dormit. Et deridebant eum. scientes
quia mortua esset. Ipse autem eiecit foras omnes.
et tenuit manum eius. et clamauit dicens.
Puella surge. Et reuersus est spiritus eius. et
surrexit continuo. Et iussit illi dari manducare.
Et parentes eius obstupuerunt. quibus praecepit
ne alicui dicerent quod factum fuerat. Conuocatis
autem duodecim dedit illis uirtutem et
potestatem super omnia daemonia. et ut languores
curarent. Et misit illos praedicare regnum
dei. et sanare infirmos. Et ait ad illos. Nolite
tollere quicquam in uia. neque uirgam neque
peram neque panem neque pecuniam. neque duas
tunicas habere. Et in quamcumque domum intraueritis
ibi manete. et inde exite. Et quicumque
non receperint uos. exeuntes de ciuitate illa
excutite pulueres de pedibus uestris. in testimonium
super illos. Egressi autem circumibant
per castella euangelizantes et curantes ubique.
Audiuit autem herodes tetrarcha uniuersa quae
fiebant. et haesitabat eo quod diceretur a quibusdam
quia iohannes surrexisset a mortuis.
Et a quibusdam quia helias apparuisset. Et a
quibusdam quia propheta unus de prioribus
surrexisset. Et herodes ait. Iohannem ego decollaui.
Quis autem est iste de quo ego talia audio.
Et quaerebat uidere eum. Et reuersi apostoli
narrauerunt illi quaecumque fecerant. Et assumens
eos secessit seorsum in locum desertum
ciuitatis quae uocatur bethsaida. Et cognouerunt
turbae. et secutae sunt illum. Et suscipiens
eos coepit loqui illis de regno dei. et eos qui
cura indigebant sanabat. Dies autem coepit
declinare. Et accedentes duodecim dixerunt ei.
Dimitte turbam ut euntes in castella quae circa
sunt et uillas diuertant et inueniant escas. quia
hic in loco deserto sumus. Dixit autem ad illos.
Date illis uos manducare. Et dixerunt. Non sunt
nobis plus quam quinque panes et duo pisces.
nisi forte nos eamus et emamus in omnem hanc
turbam escas. Erant enim quasi uiri quinque
milia. Dixit autem ad discipulos suos. Facite illos
discumbere per conuiuia quinquagenos. Et
fecerunt ita. et discumbere fecerunt omnes. Et
accepit quinque panes et duos pisces. et respiciens
in caelum benedixit illis. et fregit. et
dabat discipulis suis ponere ante turbam. Et
manducauerunt et saturati sunt omnes. et sublatum
est quod superauerat illis fragmentorum
cophini duodecim. Et factum est cum solus esset
orans. simul erant discipuli cum illo. et interrogauit
illos dicens. Quem me dicunt turbae esse.
Illi autem respondentes dixerunt. Iohannem baptistam.
alii autem helyam. alii uero quia propheta
unus de prioribus surrexit. Dixit autem
ad illos. Uos autem quem me esse dicitis. Respondens
petrus dixit. Christum dei. Et increpans
illos praecepit ne cui dicerent hoc. dicens. Quia
oportet filium hominis multa pati. et reprobari
a senioribus et principibus sacerdotum et scribis.
et occidi. et tertia die resurgere. Et dicebat
ad omnes. Si quis uult post me uenire abneget
semetipsum. et tollat crucem suam quotidie. et
sequatur me. Qui enim uoluerit animam suam
saluam facere perdet illam. Nam qui perdiderit
animam suam propter me hic saluam faciet illam.
Quid enim prodest homini si lucretur mundum
totum. se autem ipsum perdat et detrimentum
sui faciat. Nam qui me confusus fuerit et meos
sermones. hunc filius hominis confundetur cum
uenerit in maiestate sua et patris et sanctorum
angelorum. Dico autem uobis. Sunt quidam de
hic stantibus qui non gustabunt mortem donec
uideant regnum dei. Factum est autem post
hos dies octo. et assumpsit petrum et iohannem
et iacobum. et ascendit in montem ut oraret.
Et facta est dum oraret. figura uultus eius altera.
et uestimentum eius album refulgens. Et
ecce duo uiri loquebantur cum illo. Erant autem
moyses et helyas. qui uisi sunt in maiestate.
et dicebant excessum eius quem completurus
erat in hierusalem. Petrus autem et qui cum
illo erant grauati erant somno. Et euigilantes
uiderunt maiestatem eius. et duos uiros qui stabant
cum illo. Et factum est cum discederent
ab illo. dixit petrus ad ihesum. Praeceptor bonum
est nos hic esse. et faciamus tria tabernacula.
unum tibi. et unum moysi. et unum helyae.
Nesciens quid diceret. Adhuc eo loquente
facta est nubes et obumbrabat eos. Et timuerunt
intrantibus illis in nubem. Et uox facta est
de nube dicens. Hic est filius meus electus. ipsum
audite. Et dum fieret uox. inuentus est ihesus
solus. Et ipsi tacuerunt. et nemini dixerunt
in illis diebus quicquam ex his quae uiderant.
Factum est autem in sequenti die descendentibus
illis de monte occurrit illi turba multa. Et ecce
uir de turba clamauit dicens. Magister obsecro
te respice in filium meum. quia unigenitus mihi
est. Et ecce spiritus apprehendit eum. et subito
clamat. et elidit eum cum spumis. et uix discedit
dealbans eum. Et rogaui discipulos tuos ut
eiicerent illum. et non potuerunt. Respondens
autem ihesus dixit. O generatio incredula et peruersa
usquequo ero apud uos et patiar uos. Adhuc
accedit filius tuus. et discerpsit eum. et elisit.
Et increpauit ihesus spiritum immundum. et sanauit
puerum. et reddidit illum patri eius. Stupebant
autem omnes in magnitudine dei. Omnibus
autem mirantibus in omnibus quae faciebat
ihesus. dixit ad discipulos suos. Ponite uos in
cordibus uestris sermones istos. Filius enim hominis
futurum est ut tradatur in manus hominum.
Qui autem non intellegebant uerbum istud.
et erat uelatum ab eis ut non sentirent eum. et
timebant interrogare eum de uerbo isto. Intrauit
autem cogitatio in eos. quis eorum maior esset.
Ihesus autem uidens cogitationem cordis illorum.
apprehendit puerum. et statuit illum iuxta se.
Et ait illis. Quicumque susceperit puerum istum
in nomine meo me suscipit. Et quicumque me
susceperit suscipit eum qui misit me. Nam qui
minor fuerit inter uos omnes hic maior est. Respondens
autem iohannes dixit. Praeceptor uidimus
quendam in nomine tuo eiicientem daemonia.
et prohibuimus eum. quia non sequitur nobiscum.
Et dixit ihesus. Nolite prohibere. Qui
enim non est contra uos pro uobis est. Factum
est autem dum complerentur dies assumptionis
eius. et ipse faciem suam firmauit ut iret in hierusalem.
Et misit nuncios ante faciem suam.
Et euntes intrauerunt in quandam ciuitatem samaritanorum
ut parent illi hospitium. Et non receperunt
eum. quia faciem eius erat euntis in hierusalem.
Et cum uidissent discipuli eius iacobus
et iohannes dixerunt. Domine uis dicimus ut
ignis descendat de caelo et consumat illos. sicut
helyas fecit. Et conuersus increpauit illos. et dixit.
Nescitis cuius spiritus estis. Filius enim hominis
non uenit animas perdere sed saluare. Et
abierunt in aliam ciuitatem. Et factum est eunte
illo in itinere dixit quidam ad illum. Sequar te
quocumque ieris domine. Et dixit ihesus illi.
Uulpes foueas habent et uolucres caeli tabernacula.
filius autem hominis non habet ubi caput
reclinet. Dixit autem ad alium. Sequere me.
At ille dixit. Domine permitte me primum ire
et sepelire patrem meum. Dixit autem illi ihesus.
Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Tu autem
uade et annuncia regnum dei. Dixit autem et
alius. Sequar te domine. sed permitte mihi primum
renunciare his qui domi sunt. Dixit autem
ihesus ad eum. Nemo mittens manum suam ad
aratrum et respiciens retro aptus est regno dei.
Post haec autem designauit dominus et alios
septuaginta duos. et misit illos binos ante faciem
suam in omnem ciuitatem et locum quo erat
ipse uenturus. Et dicebat illis. Messis quidem
multa operarii autem pauci. Rogate ergo dominum
messis ut mittat operarios in messem suam.
Ite. ecce ego mitto uos sicut agnos inter lupos.
Nolite portare sacculum neque peram neque calceamenta.
et neminem per uiam salutaueritis.
In quamcumque domum intraueritis primum dicite.
Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis
requiescet super illum pax uestra. sin autem
reuertetur ad uos. In eadem autem domo manete
edentes et bibentes quae apud illos sunt. Dignus
est enim operarius mercede sua. Nolite transire
de domo in domum. Et in quamcumque ciuitatem
intraueritis et susceperint uos. manducate
quae apponuntur uobis. Et infirmos qui in illa
sunt curate. et dicite illis. Appropinquauit in
uos regnum dei. In quamcumque autem ciuitatem
intraueritis et non susceperint uos. exeuntes
foras plateas eius dicite. Etiam pulueres qui
adhaeserunt nobis de ciuitate uestra in pedes
nostros excutimus uobis. Uerumtamen hoc scitote
quia appropinquauit regnum dei. Dico uobis
quia sodomis in die illa tolerabilius erit quam
illi ciuitati. Ue tibi corozaim. Ue tibi bethsaida.
quia si in tyro et sidone factae essent uirtutes
quae factae sunt in uobis olim sedentes in cilicio
et cinere paenitentiam egissent. Uerumtamen
tyro et sidoni remissius erit in iudicio quam
uobis. Et tu capharnaum nunquid usque in caelum
exaltaberis. usque ad infernum descendes.
Qui uos audit me audit. et qui uos spernit me
spernit. Qui autem me spernit spernit eum qui
misit me. Reuersi sunt autem septuaginta duo
cum gaudio dicentes. Domine etiam daemonia
subiciuntur nobis in nomine tuo. Dixit autem
eis. Uidebam satanan sicut fulgur de caelo cadentem.
Ecce dedi uobis potestatem calcandi
super serpentes et scorpiones et super omnem
uirtutem inimici. et nihil uobis nocebit. Uerumtamen
in hoc nolite gaudere quod spiritus uobis
subiciuntur. gaudete autem quod nomina uestra
scripta sunt in caelis. In ipsa hora exultauit
spiritu sancto et dixit. Confiteor tibi pater domine
caeli et terrae quia abscondisti haec a sapientibus
et prudentibus et reuelasti ea paruulis.
Etiam pater quoniam sic fuit placitum ante te.
Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Et nemo
scit qui sit filius nisi pater. neque qui pater sit
nisi filius. et cui uoluerit filius reuelare. Et conuersus
ad discipulos dixit. Beati oculi qui uident
quae uos uidetis. Dico enim uobis quia multi
reges et prophetae uoluerunt uidere quae uos
uidetis et non uiderunt. et audire quae audistis
et non audierunt. Et ecce quidam legisperitus
surrexit tentans illum et dicens. Magister quid
faciendo uitam aeternam possidebo. Ille autem
dixit ad eum. In lege quid scriptum est. quomodo
legis. Respondens autem dixit. Diliges dominum
deum tuum ex toto corde tuo. et ex tota anima
tua. et ex omnibus uiribus tuis. et ex omni mente
tua. et proximum tuum sicut te ipsum. Dixit
autem illi. Recte respondisti. hoc fac et uiues.
Ille autem uolens iustificare semetipsum dixit
ad ihesum. Et quis est meus proximus. Suscipiens
autem ihesus dixit. Homo quidam descendebat
ab hierusalem in hiericho. et incidit in latrones
qui etiam despoliauerunt eum. et plagis
impositis abierunt. semiuiuo relicto. Accidit autem
ut sacerdos quidam descenderet eadem uia.
et uidens eum pertransiit. Similiter et leuita
cum esset prope locum et uidisset transiit. Samaritanus
autem quidam iter faciens uenit secus
eum. et uidens eum misericordia motus est. Et
adpropians alligauit uulnera eius infundens oleum
et uinum. Et inponens illum in iumentum
suum duxit in stabulum. et curam illius egit.
Et alterius die proferens duos denarios dedit
stabulario. et ait. Curam illius habe. et quodcumque
supererogaueris ego cum rediero reddam
tibi. Quis horum trium uidetur tibi proximus
fuisse illi qui incidit in latrones. Ille autem dixit.
Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi ihesus.
Uade et tu fac similiter. Factum est autem
dum irent et ipse intrauit in quoddam castellum.
et mulier quaedam excepit illum in domum suam.
Et huic erat soror nomine maria. quae etiam sedens
secus pedes domini. sedebat audiens uerbum
illius. Martha autem satagebat circa frequens
ministerium. Quae stetit et ait. Domine non
est tibi curae quod soror mea reliquit me solam
ministrare. Dic ergo illi ut me adiuuet. Respondens
autem dixit ei dominus. Martha martha
solicita es et turbaris erga plurima. porro unum
est necessarium. Maria optimam partem elegit
quae non auferetur ab ea. Et factum est cum
esset in quodam loco orans. ut cessauit. dixit
unus ex discipulis eius ad illum. Domine doce
nos orare sicut et iohannes docuit discipulos suos.
Ipse autem dixit eis. Cum orabitis dicite. Pater
noster qui es in caelis. sanctificetur nomen tuum.
adueniat regnum tuum. panem nostrum cotidianum
da nobis hodie. et dimitte nobis peccata
nostra. etenim ipsi dimittimus omni debenti nobis.
et ne nos inducas in temptationem. sed libera
nos a malo. Et dixit ad illos. Quis habebit
ex uobis amicum et ibit ad illum media nocte.
et dicet illi. Amice commoda mihi tres panes.
quia amicus meus uenit de uia ad me. et non habeo
quod ponam illi. et ille deintus respondens
dicat. Noli mihi molestus esse. Ianua iam clausa
est. et pueri mei mecum sunt in cubili. non possum
surgere et dare tibi. Dico uobis. etsi non
dabit illi surgens eo quod amicus eius sit propter
improbitatem tamen eius surgens dabit illi
quotquot habet necessarios. Et ego uobis dico.
Petite et dabitur uobis. quaerite et inuenietis.
pulsate et aperietur uobis. Omnis enim qui petit
accipit. et qui quaerit inuenit. et pulsanti aperietur.
Quis autem ex uobis patrem petit panem
numquid lapidem dabit illi. aut piscem numquid
pro pisce serpentem dabit illi. aut si petierit ouum
numquid porriget illi scorpionem. Si ergo uos
cum sitis mali nostis bona data dare filiis uestris.
quanto magis pater de caelo dabit spiritum
bonum petentibus se. Et erat eiciens daemonium
et illud erat mutum. Et cum eiecisset daemonium
locutus est mutus. et admirati sunt turbae.
Quidam autem ex eis dixerunt. In beelzebub
principe daemoniorum eiicit daemonia. Et alii
temptantes signum de caelo quaerebant ab eo.
Ipse autem intuens cogitationes eorum dixit eis.
Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur.
et domus super domum cadet. Si autem et satanas
in seipsum diuisus fuerit quomodo stabit
regnum eius. quia dicitis in beelzebub me eicere
daemonia. Si autem ego in beelzebub eicio daemonia
filii uestri in quo eiciunt. Ideo ipsi iudices
uestri erunt. Si autem in digito dei eicio daemonia
profecto praeuenit in uos regnum dei. Cum
fortis armatus custodit atrium suum in pace sunt
quae possidet. Si autem fortior illo superueniens
uicerit eum uniuersa arma eius auferet in quibus
confidebat. et spolia eius distribuet. Qui non est
mecum contra me est. et qui non colligit mecum
spargit. Cum immundus spiritus exierit de homine
ambulat per loca inaquosa quaerens requiem.
et non inueniens dicit. Reuertar in domum
meam unde exiui. Et ueniens inuenit eam scopis
mundatam et ornatam. Tunc uadit et assumit
septem alios spiritus secum nequiores se. et ingressi
habitant ibi. Et fiunt nouissima hominis
illius peiora prioribus. Factum est autem cum
haec diceret extollens uocem quaedam mulier de
turba dixit illi. Beatus uenter qui te portauit.
et ubera quae suxisti. At ille dixit. Quinimmo
beati qui audiunt uerbum dei et custodiunt illud.
Turbis autem concurrentibus coepit dicere. Generatio
haec generatio nequam est. Signum quaerit.
et signum non dabitur ei nisi signum ionae
prophetae. Sicut enim fuit ionas signum ninuitis.
ita erit et filius hominis generationi huic. Regina
austri surget in iudicio cum uiris generationis
huius. et condemnabit eos. quia uenit a finibus
terrae audire sapientiam salomonis. et ecce plus
salomone hic. Uiri ninuitae surgent in iudicio
cum generatione hac. et condemnabunt eam. quia
paenitentiam egerunt in praedicatione ionae. et
ecce plus ionae hic. Nemo lucernam accendit et
in abscondito ponit neque sub modio. sed super
candelabrum. ut qui ingrediuntur lumen uideant.
Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus
tuus fuerit simplex totum corpus tuum lucidum
erit. Si autem nequam fuerit totum corpus tuum
tenebrosum erit. Uide ergo ne lumen quod in te
est tenebrae sint. Si ergo totum corpus tuum lucidum
fuerit non habens aliquam partem tenebrosam
erit lucidum totum. et sicut lucerna fulgore
illustrabit te. Cum autem loqueretur rogauit
illum quidam pharisaeus ut pranderet apud se.
Et ingressus recubuit. Pharisaeus autem coepit
intra se cogitare dicens. Quare non baptizatus
sit ante prandium. Dixit autem dominus ad illum.
Nunc uos pharisaei quod de foris est calicis et
catini mundatis. quod autem intus est uestrum
plenum est rapina et iniquitate. Stulti nonne
qui fecit quod foris est et quod intus est fecit.
Uerumtamen quod superest date elemosynam.
et ecce omnia munda sunt uobis. Sed uae uobis
pharisaeis qui decimatis mentam et rutam et
omne holus. et praetermittitis iudicium et caritatem
dei. Haec autem oportuit facere et illa non
omittere. Uae uobis pharisaeis qui amatis primas
cathedras in synagogis et salutationes in foro.
Uae uobis quia estis tamquam monumenta quae
non parent. et homines ambulantes desuper non
intellegunt. Respondens autem quidam de legisperitis
dicit illi. Magister haec dicens etiam
nos contumeliam facis. At ille dixit. Et uobis
legisperitis uae quia onerate homines onere quod
portari non potest. et uos uno digito uestro non
tangitis onera. Uae uobis quia aedificatis monumenta
prophetarum. patres autem uestri occiderunt
eos. Ergo testes estis et consentitis operibus
patrum uestrorum. quia illi quidem occiderunt
eos. et uos aedificatis sepulchra. Propter hoc et
sapientia dei dixit. Mittam ad illos prophetas et
apostolos. et ex illis occident et persequentur.
ut inquiratur sanguis omnium prophetarum qui
effusus est a constitutione mundi. a generatione
ista. Ab sanguine abel iusti usque ad sanguinem
zachariae qui perit inter altare et templum.
Ita dico uobis requiretur ab generatione ista.
Ue uobis legisperitis quia tulistis clauem scientiae.
ipsi non introistis. et introeuntibus non
permisistis. Cum autem haec ille diceret coeperunt
pharisaei et legisperiti grauiter insistere
et os eius opprimere de pluribus. insidiantes ei
et quaerentes capere aliquid de ore eius ut accusarent
eum. Interea cum turbae multae conuenissent
ita ut conculcarent se inuicem. coepit
dicere ad discipulos suos. Attendite uobis a fermento
pharisaeorum quod est hypocrisis. Nihil
autem opertum est quod non reuelabitur. et occultum
quod non sciatur. Quamobrem quae in
tenebris dixistis in lumine dicentur. et quod ad
aurem locuti estis in cubilibus praedicabitur in
tectis. Dico autem uobis amicis meis ne terreamini
a corpore et post haec non habent amplius
quid faciant. Ostendam autem uobis quem timeatis.
timete eum qui postquam occiderit habet
potestatem mittere in gehennam. Ita dico uobis
hunc timete. Nonne quinque passeres uenumdantur
dipondio. et unus ex illis non est in oblitione
coram deo. Sed et capilli capitis uestri omnes
numerati sunt. Nolite ergo timere. multis passeribus
pluris estis uos. Dico autem uobis omnem
qui confitebitur me coram hominibus. et filius
hominis confitebitur illum coram angelis dei.
Qui autem negauerit me coram hominibus negabitur
coram angelis dei. Et omnis qui dixerit
uerbum contra filium hominis remittetur ei. Ei
autem qui in spiritum sanctum blasphemauerit
non remittetur. Cum autem inducent uos in synagogas
et ad principes et potestates nolite cogitare
quomodo aut quid respondeatis aut quid
dicatis. Spiritus enim sanctus docebit uos in ipsa
hora quae oporteat dicere. Dixit autem quidam
de turba illi. Magister dic fratri meo ut diuidat
mecum hereditatem. Ipse autem dixit ei. Homo
quis me constituit iudicem aut diuisorem super
uos. Uidete et cauete uobis ab omni auaritia.
quia non in abundantia cuiusquam uita eius est
ex his quae possidet. Dixit autem similitudinem
ad illos dicens. Homo quidam diues uberes fructus
attulit agro. Et cogitabat intra se dicens.
Quid faciam quia non habeo quo congregabo
fructus meos. Et dixit. Hoc faciam. Destruam
horrea mea et maiora faciam. et congregabo illuc
omnia quae nata sunt mihi et bona mea. Et dicam
animae meae. Anima habes multa bona posita
in annos plurimos. requiesce. comede. bibe. epulare.
Dixit autem deus illi. Stulte hac nocte
animam tuam repetunt a te. quae autem parasti
cuius erunt. Sic est qui sibi thesaurizat et non
est in deum diues. Dixit autem ad discipulos suos.
Propterea dico uobis. Nolite solliciti esse animae
uestrae quid manducetis neque corpori quid induamini.
Anima plus est quam esca. et corpus
plus quam uestimentum. Considerate corui quia
non seminant neque metunt. quibus non est cellarium
neque horreum. et deus pascit illos. Quanto
magis uos pluris estis illis. Quis autem uestrum
cogitans potest adicere ad staturam suam cubitum
unum. Si ergo neque quod minimum est
potestis quae de ceteris solliciti estis. Considerate
lilia quomodo crescunt. non laborant neque
nent. Dico autem uobis. nec salomon in omni
gloria sua coopertus est sicut unum ex istis.
Si autem fenum quod hodie in agro est et cras in
clibanum mittitur deus sic uestit quanto magis
uos modicae fidei. Et nolite quaerere quid manducetis
aut quid bibatis. et nolite in sublime
tollere. Haec enim omnia gentes mundi huius
inquirunt. Uestri autem pater scit quia his indigetis.
Uerumtamen quaerite regnum dei. et haec
omnia adicientur uobis. Nolite timere pusillus
grex quia complacuit patri uestro dare uobis regnum.
Uendite quae possidetis et date elemosynam.
Facite uobis sacculos qui non ueterascant.
thesaurum non deficientem in caelis. quo fur non
adpropiat neque tinea corrumpit. Ubi enim thesaurus
uester est ibi et cor uestrum erit. Sint lumbi
uestri praecincti et lucernae ardentes in manibus
uestris. Et uos similes hominibus exspectantibus
dominum suum quando reuertatur a nuptiis.
ut cum uenerit et pulsauerit confestim aperiant
ei. Beati serui illi quos cum uenerit dominus
inuenerit uigilantes. Amen dico uobis quod praecinget
se et faciet illos discumbere. et transiens
ministrabit illis. Et si uenerit in secunda uigilia
et si in tertia uigilia uenerit et ita inuenerit beati
sunt serui illi. Hoc autem scitote quod si sciret
paterfamilias qua hora fur uenturus esset uigilaret
utique et non sineret perfodi domum suam.
Et uos estote parati quia qua hora non putatis
filius hominis uenturus est. Dixit autem petrus
ad illum. Domine ad nos dicis hanc parabolam
an et ad omnes. Et dixit dominus. Quis putas
est fidelis dispensator et prudens quem constituet
dominus super familiam suam ut det illis in tempore
tritici mensuram. Beatus ille seruus quem
cum uenerit dominus eius inuenerit ita facientem.
Amen dico uobis quod super omnia quae possidet
constituet eum. Si autem dixerit seruus ille in
corde suo. Moram facit dominus meus uenire.
et coeperit percutere pueros et ancillas. manducare
et bibere et inebriari. Ueniet dominus serui
illius in die qua non sperat et hora qua ignorat.
et diuidet eum partemque eius cum infidelibus
ponet. Seruus autem ille qui cognouit uoluntatem
domini sui et non praeparauit et non fecit
secundum uoluntatem eius uapulabit multis. Qui
autem non cognouit et fecit digna plagis uapulabit
paucis. Omni autem cui multum datum est
multum quaeretur ab eo. et cui commendauerunt
multum plus petent ab eo. Ignem ueni mittere in
terram et quid uolo nisi ut accendatur. Baptismo
autem habeo baptizari et quomodo coarctor usque
dum perficiatur. Putatis quia pacem ueni dare
in terram. non dico uobis sed separationem. Erunt
enim ex hoc quinque in domo una diuisi tres
contra duos et duo contra tres. Diuidetur pater
filio et filius patri. mater filiae et filia matri.
socrus nurui suae et nurus socrui suae. Dicebat
autem et ad turbas. Cum uidetis nubem surgentem
ab occidente statim dicitis. Imber uenit.
et ita fit. Et cum austrum flantem dicitis. Quia
aestus erit. et fit. Hypocritae faciem caeli et terrae
nostis probare. hoc autem tempus quomodo
non probatis. Quid autem et a uobis ipsis non
iudicatis quod iustum est. Cum enim uadis cum
aduersario tuo ad principem. in uia da operam
liberari ab eo. ne forte trahat te ad iudicem. et
iudex tradat te exactori. et exactor mittat te in
carcerem. Dico tibi non exies inde donec reddas
nouissimum minutum. In illo autem tempore
aderant quidam nunciantes illi de galilaeis quorum
sanguis pilatus miscuit cum hostiis eorum.
Et respondens ihesus dixit illis. Putatis quia
galilaei isti peccatores fuerunt prae omnibus galilaeis
quia talia passi sunt. Non dico uobis. sed
nisi paenitentiam habueritis omnes similiter peribitis.
Uerumtamen illi decem et octo quos
cecidit turris in siloe et occidit eos. putatis quia
et ipsi debitores fuerunt prae omnibus hominibus
habitantibus

VI



Et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix. ut
cognouit q̃ ihc̃ accubuisset in domo pharisei.
attulit alabastrum unguentum. stans retro
secus pedes ei lacrimis cepit rigare pedes ei.
et capillis capitis sui tergebat. et osculabatur pe
des ei. et unguento unguebat. videns autem pha
riseus qui vocauerat eum. ait intra se dicens
hic si esset propheta sciret utique quae qualis est
mulier que tangit eum quia peccatrix est. Et re
spondens ihc̃ dixit ad illum. Symon habeo tibi aliquid
dicere. ille autem Magister dic. Duo debitores
erant cuidam feneratori. unus debebat denа
rios quingentos. alius l. Non habentibus autem
illis unde reddere donauit utrisque. Quis ergo eum
plus diliget. respondens autem simon dixit. Es
timo quia is cui plus donauit. At ille dixit ei.
Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem dixit
simoni. Videsne hanc mulierem. intraui in
domum tuam. aquam pedibus meis non dedisti. haec
autem lacrimis rigauit pedes meos. et capillis
suis extersit. osculum mihi non dedisti. haec autem ex quo
intrauit non cessauit osculari pedes meos. oleo caput meum
non unxisti. haec autem unguento unxit pedes mo
os. propter quod dico tibi remittuntur ei peccata multa
quoniam dilexit multum. cui autem minus dimittit
minus diligit. Dixit autem ad illam. remittuntur
tibi peccata multa. Et coperunt qui simul accu
bebant dicere intra se. Quis est hic qui etiam pec
cata dimittit. Dixit autem ad mulierem. fides tua
te saluam fecit. vade in pace. Et factum est deinceps
et ipse iter faciebat per ciuitates et castella.
praedicans et euangelizans regnum dei. et duodecim
mulieres aliquae quae erant curatae a spiri
tibus nequam et infirmitatibus. Maria
quae vocatur magdalene. de qua daemonia septem
exierant. et Johanna uxor chuzae procuratoris hero
dis. et susanna. et aliae multae quae ministrabant
eis de facultatibus suis. Cum autem turba plu
rima conueniret. et de ciuitatibus properarent ad ihm
dixit per similitudinem. Exiit qui seminat semi
nare semen suum. Et dum seminat alia cecidit
secus viam. et conculcata est. et volucres caeli comede
runt illud. Et alia cecidit supra petram. et
natum aruit quia non habebat humorem. Et a
lia cecidit inter spinas. simul exortae spine
suffocauerunt illud. Et alia cecidit in terram
bonam. et ortum fecit fructum centuplum. Haec dicens
clamabat. Qui habet aures audiendi audiat. Interro
gabant autem eum discipuli eius. quae esset para
bola. Vobis datum est nosse mysterium regni dei.
ceteris autem in parabolis. ut videntes non uideant
et audientes non intelligant. Est autem haec pa
rabola. Semen est verbum dei. Qui autem secus viam. hi sunt
qui audiunt. deinde uenit diabolus. et tollit verbum
de corde eorum. ne credentes salui fiant. Nam
qui supra petram qui cum audierint cum gaudio
suscipiunt verbum. et hi radices non habent. qui ad
tempus credunt. et in tempore tentationis recedunt. Quod autem
in spinas cecidit. hi sunt qui audierunt. et a sollicitu
dinibus et diuitiis et uoluptatibus uitae euntes suf
focantur. et non referunt fructum. Quod autem in bo
nam. hi sunt qui in corde bono et optimo au
dientes uerbum retinent. et fructum afferunt in patien
tia. Nemo autem accendens lucernam operit eam uase aut
subtus lectum ponit. sed supra candelabrum ponit. ut in
trantes lumen uideant. Non est enim occultum quod non
manifestetur. nec absconditum quod non cognoscatur. et in
palam proferatur. Videte ergo quomodo audiatis. Qui e
nim habet dabitur illi. et quicumque non habet etiam quod putat se
habere auferetur abillo. Venit autem ad illum mater
et fratres eius et non poterant adire ad eum prae turba. nun
tiatum est autem illi. Mater tua et fratres tui foris stant ue
lentes te uidere. Ille respondens dixit ad eos. Mater mea
et fratres mei hi sunt qui verbum dei audiunt et faciunt.
Factum est autem in una dierum. ipse ascendit in nauem et
discipuli eius. et dixit ad illos. Transfretemus trans stag
num. Ascenderunt. Nauigantibus autem illis
obdormiuit. Et descendit procella uenti in stag
num et complebantur. periclitabantur. Accedentes
suscitauerunt eum dicentes. Praeceptor praeceptor. At
ille surgens increpauit uentum. et repulerunt aquae
et cessauit. Et facta est tranquillitas. Dixit autem illis.
Vbi est fides uestra. Illi timentes mirati sunt dicen
tes ad inuicem. Quis putas hic est. Quia imperat
et patri et mari. et obediunt ei. Et nauigauerunt ad
regionem gerasenorum. quae est contra galilaeam. Et cum
egressus esset ad terram. occurrit illi uir quidam qui
habebat daemonia iam temporibus multis. et uestimento
non induebatur. nec in domo manebat. sed in monu
mentis. Hic uidens iesum procidit ante illum et exclamauit uo
ce magna dixit. Quid mihi et tibi iesu fili dei altissimi
obsecro te ne me torqueas. Praecipiebat enim spiri
tui immundo ut exiret abhoc. Multis enim temporibus
arripiebat eum. et uinciebatur catenis. et
nibus custodiebatur. et rumpebat uincula. et agebatur a
monio in deserta. Interrogauit autem illum ihc̃ dicens.
Quod tibi nomen est. At ille dixit legio. Quia intrauerant
erant daemonia multa in eo. rogabant illum ne im
perret illis ut in abyssum irent. Erat autem ibi grex porco
rum multorum pascentium in monte. Et rogabant eum
ut permitteret eos in illos intrare illos. Et
si daemonia abhoc. et intrauerunt in porcos. et
per impetum abiit grex per praeceps in stagnum. et suffocatus est. Quod
autem uidentes factum qui pascebant fugerunt. et nunti
auerunt in ciuitatem et in agros. Exierunt autem uidere q
factum est. et uenerunt ad ihm et inuenerunt hominem sedentem
et a quo daemonia exierant. uestitum et sanum mente
ad pedes eius. et timuerunt. Nunciauerunt autem illis et qui
uiderant quomodo factus esset sanus erat a legione. et rogauerunt
eum omnis multitudo regionis gerasenorum. ut discederet abipsis. quia timore magno
tenebantur. Ipse autem ascendens nauem reuersus
est. Et rogabat illum uir a quo daemonia exie
rant. ut cum eo esset. Dimisit autem eum ihs dicens.

VII

-Ecclē tomū suam. -narra quanta ē fecit dē-
-abat puellam eximiē placeat quanta
illi fecerit. his.

Factum ē autē cum rediss. ihs. excepit illū
turba. Erant enim oēs expectantes eum.
Et ecce venit vir cui nomen iairus. -ipē princeps
synagoge erat. -procidit ad pedes ihu. rogans
eum ut introiret tomū ei. quia unica filia
erat illi fere annorū. xij. -hē moriebatur. Et
dum iret. turbi oprimebant eū.
Et mulier quedam erat influxu sanguinis aban
me. xij. que omnibus erogauerat ome. sua
suam. nec a nullo potuit curari. Accessit ret
-retrorsū fimbriam uestimē ei. -cōfestim ste
tit fluxus sanguinis ei. -ait ihs. Quis ē q me
tetigit. Negantib; aut oīb; dixit petr
-qui ei illo erant. -Preceptor turbe te opri
munt. -affligunt. -dicis. Quis me tetigit.
-dixit ihs. Tetigit me aliq. nam -ego nou
noui quē de me exisse. -videns aut mulier q
nō latuit. tremens venit. -pcidit ei pedes ei.
Et obquam ei tetigit illum. -declarauit ei pre tem
-qui eadem hora sanata sit. Et ipe dixit
illi. filia fides tua te saluū fecit. -vade in
ce. Adhuc illo loquente venit quidam ad prin
cipem synagoge. -quia mortua filia sua. nolu
uerat illum. -ihs audito hoc. -pr. pat pu
elle. Noluit neq; credere ei. -nisi petrum et
iacobum et. Et ei ue
nisset ad domū. nō permisit intrare secū quēq;
nisi petrū. -iohem. -iacobum. -patrē. -ma
trem puelle. Flebant aut oēs. -plangebant il
lam. At ille dixit. Nolite flere. Non enī ē mor
tua puella. sed dormit. Et irridebant eum sciē
quia mortua erat. -ipe aut tenens manū ei
clamauit dicens. -puella surge. Et reuixit
ē spūs ei. Et surrexit confestim. -iussit illi dari
manducare. Et stupuer parentes ei. quib;
ipe precepit ne alicui dicer. q. fecit eum.

VIII

Conuocans aut. xij. dedit illis uirtutē. -po
testatē sup omnia demonia. -ut langores p
ficarent. Et misit eos predicare regnū di.
-sanare infirmos. -dixit ad illos. -nichil tuli
tis in uia. Neq; uirgam. neq; peram. neq; pane
neq; pecuniā. neq; duas tunicas habere. Et in
quamcūq; domū introieritis ibi manete. -
inde nō recedatis. Et quicūq; nō receperint uos
exeuntes de ciuitate illa. -pulueē pedū ue
strorū excutite -in testimoniū illis. Egressi
aut circuibant per castella euangelizando -
curando ubiq. Audiuit autē herodes tetrarcha
omnia que fiebant abeo. -hesitabat eo q. di
cebat. -quibusdam. quia iohes surrexerat a mor
tuis. Aquibusdam uō quia helias apparuit. A
liis aut quia ppha unus de antiquis surrexit.
Et ait herodes. Iohem ego decollaui. quis aut ē iste
de quo audio ego talia. Et querebat inde
cum. Et reuersi apli narrauerūt illi quic; fece
runt. Et assumpsit illos. secessit seorsum in locū
desertum qui est betsaide. Et cum agnouissent
turbe secute sunt eum. -et excepit illos. -loqbat
ur illis de regno dei. Et eos qui curam indige
bāt sanabat. Dies aut cepit declinare. -accē
dentes xij. dixerunt illi. Dimitte turbas. ut
euntes in castella villasq; que circa sunt. diuer
tant -inueniant escas. quia hic in loco de
serto sumus. Ait aut ad illos. Vos date illis manduca
re. At illi dixer. Non sunt nobis plus quā quin
que panes -duo pisces. nisi forte nos eamus -eme
mus in omnē hanc turbam escas. Erant enī
fere uiri quinq; milia. Dixit aut ad discipulos
suos. Facite illos discubere p centenas
quinquagenas. Et fecerunt discumbere oēs.
Accepit autē quinq; panes -duos pisces. -respe
xit in celum. -benedixit illis. -et fregit. -dabatq;
discipulis suis. ut ponerent ante turbas.
Et manducauerunt oēs -saturati sū
blatum ē q. superfuit illis fragmentoz cophi
ni xij. Et factum ē cum solus esset orans. -
cum illo discipuli. -interrogauit illos dicē
Quem me dicūt homines esse. At illi respon
derunt. -iohem baptistam. Alii aut he
liam. Alii quia propha unus de priscis surrexit.
Dixit aut illis. Vos aut quē me esse dicitis.
Respondens simon petrus dixit. -xpm dei. At ille
increpans eos precepit ne cui dicerent hoc dicēs
Quia oportet filium hois pati multa. -reprobari a seni
oribus. -a principibus sacerdotum. -scribis. -et a die
occidi. Et resurgere. Dicebat aut ad oēs. Si quis uult
post me uenire abneget semetipm. -tollat
crucē suā quotidie. -sequatur me. Qui enī
uoluerit animā suā saluā facere perdet eam. Nā
qui perdiderit animā suam propter me. saluā faciet eā.
Quid enim prodest homini. si lucretur uniuersū
mundū. Se aut ipm perdat. detrimentū sui
faciat. Nam qui me erubuerit -meos ser
mones. hunc filius hois erubescet cum ue
nerit in maiestate sua. -patris -et sanctoz angelo
rum. Dico aut uob uere sunt aliqui hic stantes
qui nō gustabunt mortē donec uideāt
regnū dei.

VIII

Factum ē aut post hec ut
assumpsit petrum. iohem. -iacobum.
et eundem in montē ut oraret. -et cū orat
dum oraret spēs uultus ei altus. -uestis ei albus
refulgens. Et ecce duo uiri loquebantur
cum illo. Erant aut mosses -helyas ui
si in maiestate. -dicebant excessum ei quē co
pleturus erat in hierlm. -petrus uō -qui
illo erant grauati erant somno -euigilantes
uiderunt maiestatē ei -duos uiros qui stabāt
cum illo. Et factū ē cū discederēt abillo.
ait petr ad dñm. -Preceptor bonū ē nos hic ēe
-faciamus tria tabernacula. -unū tibi -unū mo

ysū ūnū helve: nesciens quid dicēr. Ḥ aut il
lo loqnte: fili ē mulꝛ: ⁊ obumbrauit eꝛ. ⁊
nunciē nrm̄ūb. Ille m̄ mulꝛ ⁊ uox fili ei⁹
audiēte. ⁊ dum sicut uox mulīs ē ihs: solūt
ꝑ tuū erūt. Ar illi ignorabant ubū illd
erāt nō ausi. ñ eꝛ. ut nō sentirent illud.
Et rogabant mīrogare eum de hꝛ ūlo. ⁊ intu
ut aut cogitatio meoꝛ. quis eoꝛ esset maiō.
Ar ihs videns cogitationes cordiū illoꝛ. apphn
dens puerū stare cum secū se. ait illis. Quī
cūq; suscepꝛ puerū istum in nōie meo me re
cipit. Et quicūq; me recepꝛ: recipit eum qui
me misit. Qui enī minoꝛ ē int oēs hic ma
ior ē. Respondens aut ioh⁹ dixit. Præceptoꝛ vidi
mus quendam in nōie tuo ejcientē demonia. ⁊ pro
hibuimus eum quia nō sequitur nobiscū. Et
ait illum ihs. Nolite ꝓhibe. Qui enim nō est
aduersus nos: pro nob⁹ est. Factū est aut cum aplēn
tur dies assumptionis ei⁹. ipe faciē suā fir
mauit ire hꝛlm. ⁊ misit nūcios. aīe
spectum suū. ⁊ euntes intrauerūt in castellum
samaritanoꝛ. ut parerent illi. nō receperunt
eum: quia facies eius erat euntis hierlm. Cū
uidissent aut discipuli ei⁹ iacob⁹ ⁊ ioh⁹ dixerunt
dne ꝛ uis dicamus ut ignis descendat de celo ⁊ cōsu
mat illoꝛ. Et conuersus increpauit illoꝛ ⁊ dixit. Nescitis
cui spū estis. filius hoīs nō uenit aīas perdē ꝛ
saluare. Et abierunt in aliud castellum. Fac
tum ē aut ambulantib⁹ illis in uia. dixit quidā
ad illum. Sequar te quocūq; ieris. Et ait illi
ihs. Vulpes foueas habēt. ⁊ uolucres celi nidos.
filius aut hoīs nō hꝛ ubi caput suū reclinet. Ait
aut ad alium. Sequere me. Ille aut dixit. Dne p
mitte mihi primū me sepelire patrē meū. Dixit
illi ihs. Sine ut mortui sepeliant mortu
os suos. Tu aut uade annūcia regnū dei. Et
ait alt. Sequar te dne. sꝛ primū permitte mihi re
nunciare his qui domi sunt. Dixit ad illū ihs.
Nemo mittens manū suā ad aratrū aspiciens
retro. aptꝰ ē regno dei.

Post hec aut designauit dn⁹ alios lxx. duos.
⁊ misit illos binos ante faciem suam in oēm
ciuitatē ⁊ locū quo erat ipe uenturus. ⁊ dicebat illis
Messis quidē multa operarii aut pauci. Rogate
ergo dominū messis. ut mittat operarios in messem
suam. Ite. Ecce ego mitto uos sicut agnos inter lupos.
Nolite portare sacculum nec peram nec calciamē
ta. ⁊ neminē per uiā salutauerīs. In quācūq;
domū intraueritis. ꝓmū dicite. Pax huic domui.
Et si ibi fuerit filius pacis. requiescet sup illū
pax uestra. sin aut ad uos reuertetur. In eadem
autē domo manete. edentes ⁊ bibentes que apud
illos sunt. Dignus enī operarius mercede sua. Nolī
